



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Liber Quartus. De Privilegijs Clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401



IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER QVARTVS.



DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

PRIA sunt Clericorum priuilegia, quorum duo sunt priuilegia personæ, videlicet priuilegium fori, de quo habetur in cap. 2. de for. compet. & illud, quod habetur in cap. si quis suadente 17. q. 4. tertium priuilegiū est rerum ab exactionibus laicorum, ut not. glos. in cap. vn. ver. omni priuilegio de Bigam. in 6. Euerard. cons. 42. in princ. Quate de his in hoc libro breuiter disseremus.

S V M M A R I V M.

- 1 Qui gaudent priuilegio Canonis, gaudent etiam priuilegio fori, sed non e contra.
- 2 Priuilegium canonis concessum est Clericis, & Monachis.
- 3 Priuilegio canonis, & fori gaudent Clerici in sacris, & in minoribus, ac prima tonsura constituti, etiam coniugati, qui eum unicis, & virginibus contraxerunt.
- 4 An clerici excommunicati, irregulares, vel degradati gaudeant hoc priuilegio.
- 5 Hodie Clerici in minoribus, vel coniugati hoc priuilegio non gaudent, nisi in illis concurrant requisita per Concilium Tridentinum.
- 6 An Clerici in sacris constituti, vel beneficium obtinentes gaudeant

s. deans

- deant priuilegio Canonis, & fori, si habitum, & tonsuram non de-
ferant.
- 7 Quid si ostineant prestimonium, vel pensionem.
- 8 Et quid si seruitium prestent alteri ecclesie, quam illi, cui fuerunt per Episcopum adscripti.
- 9 Seruitium huiusmodi quale debeat esse.
- 10 An gaudeant supradicto priuilegio, si ad breue tempus habitum, & tonsuram deposuerint.
- 11 Clericus in minoribus compelli potest ad seruiendum in diuinis sub pœna priuationis habitus clericalis.
- 12 Clerici coniugati quando gaudeant priuilegio fori in causis criminalibus, & ciuilibus.
- 13 An clerici coniugati teneantur ad datia, & gabellas.
- 14 Clerici coniugati uxore defuncta recuperant omnia priuilegia clericis non coniugatis concessa.
- 15 An qui officium Iudicis criminalis exercuit, dimisso officio recuperet priuilegia clericalia.
- 16 Si quis occasione beneficij recepti, vel recipiendi non arctatus ad minores ordines ordinatus fuerit vigore litterarum dimissoriarum Capituli sede vacante infra annum, non gaudet priuilegio Clericali.
- 17 Nomine Monachorum intelliguntur omnes Regulares vtriusque sexus.
- 18 Equites, qui emittunt tria vota substantialia castitatis, paupertatis, & obedientie gaudent priuilegio Canonis, & fori.
- 19 Eodem priuilegio gaudent Nouitij huiusmodi ordinum militarium.
- 20 Trabentes huiusmodi Nouitios ad forum laicale incidunt in excommunicationem bullæ cœnæ.
- 21 Tertiarij, & Tertiariæ quando gaudeant supradicto priuilegio.
- 22 Eodem fruuntur priuilegio qui assumpto habitu religioso adhibentur ad seruitia, & obsequia monialium, vel Presbyterorum gregatim viuentium sub certo superiore.
- 23 An eodem priuilegio gaudeant oblati.
- 24 Quando Eremitæ gaudeant predicto priuilegio.
- 25 Si Clericus, vel Nouitius committat delictum, & post illud commissum ducat uxorem, puniendus est à Iudice ecclesiastico.
- 26 Clerici, qui reperiuntur in possessione alicuius beneficij, vel communi opinione pro clericis habentur, statim remittendi sunt ad ecclesiasticum Iudicem.
- 27 Quando processus per Iudicem laicum compilatus probet contra clericum in foro ecclesiastico.
- 28 An possit à Potestate laica puniri qui patrato delicto statum clericalem, seu Religiosum assumit.
- 29 Fideiussor de representando liberatur a fideiussione, si principalis assumat Clericatum, secus si promisit soluere quicquid fuerit iudicatum.



CAP. I.

De Canonis, & fori priuilegio.

2 **C**ommunis est conclusio, quod qui gaudent priuilegio Canonis, regulariter gaudent etiam priuilegio fori: non autem e contra; quamuis enim priuilegium fori principaliter competat clericis *vt in cap. 2. de for. compet. potest tamen intuiu clericorum conuenire etiam meris laicis, qui canonis priuilegio minimè gaudent, cum sit concessum personis tantum Deo dicatis, hoc est clericis & Monachis c. si quis suadente 17. q. 4. & tradant Doctores, quos refert, & sequitur Dian. par. 3. tr. 1. ref. 69. & par. 5. tract. 1. ref. 26: Bonacin. de censur. in part. d. disp. 2. q. 3. pun. 6. sect. 3. in princip. Lezan. in sum. qq. reg. tom. 2. cap. 14. num. 39: Quare hic nobis videndum est, quinam veniant ad hunc effectum nomine clericorum, & Monachorum.*

3 Dico igitur primo, quod de inre communi priuilegio Canonis, & fori gaudent tam Clerici in saceris, quam in minoribus ordinibus, vel prima tonsura constituti etiam coniugati, qui cum vnicis & virginibus contraxerunt *iuxta cap. vn. de Cler. coniug. in 6. c. cum contingat de etat. & qual. cap. 2. vbi glos. & DD. de for. compet. glos. in d. c. si quis suadente ver: in Clericum Sylu. in ver. excommunicatio 6. n. 3.*

4 *Bellett. in Disquis. cleric. tit. de Disciplin. cleric. §. 2. num. 1. & seq. & alij communiter. quod procedit etiam si essent excommunicati etiã vitandi, aut alia censura affecti, aut irregulares, vel degradati verbaliter Sylu. loco cit. num. 4. Man. in man. cap. 27. nu. 79. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. de censur. in part. d. disp. 2. q. 3. pun. 6. sect. 3. num. 4. & seq. secus esset, si fuerint realiter degradati: quia tunc priuantur omni priuilegio clericali cap. degradatio de Pœn. in 6. & ideo amittunt priuilegium canonis, & fori, quia quando iura priuant Clericum priuilegio clericali, priuant eum vtroque, vt ex cap. 1. de vit. & hon. cler. cap. in audientia, & cap. contingit. 2. de sent. excom. colligit Bellett. vbi supra tit. de fauor. cleric. person. §. 7. num. 2.*

5 Hodiè verò clerici in minoribus fori priuilegio non gaudent, nisi beneficium ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deserentes alicui ecclesie ex mandato Episcopi inseruiant, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua schola, seu vniuersitate de licentia Episcopi quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versentur; in Clericis verò coniugatis seruanda est dispositio *c. vn. de Cler. coniug. in 6. d. modò alicuius ecclesie seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem ecclesie seruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura vtantur ex Concilio Tridentino sess. 23. de ref. cap. 6.*

6 Obseruant autem, Doctores, §. 2. Cle-

- Clericos semper gaudere priuilegio canonis, & fori, etiamsi habitum, & tonsuram non deserant, si sint sacris ordinibus insigniti: quia Concilium loquitur tantum de constitutis in minoribus ordinibus *Clar. in §. fin. q. 36. vers. hac autem Bellett. tit. de fauor. Cleric. person. §. 8. num. 7.* vel si habeant beneficium etiam sine redditibus, 9 vel eius titulum, seu collationem etiam sine possessione: quia Concilium prædictas condiciones nõ requirit in Clerico beneficiato, sed in eo, qui nullum habet beneficium, ita Doctores, quos late recenset *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 12. num. 6. & seq. Dian. p. 1. tr. 2. ref. 29. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 338. & in Collect. decis. 1610. par. 5.* vbi dicit, hoc 7 procedere etiam in obtinentibus præstimonium, quod datur in titulum perpetuum, & habet annexum aliquod obsequium spirituale: idemque de Clerico habente pensionem loco tituli beneficii, vel excedente 60. ducatos auri de camera iuxta constitutionem Sixti V. incip. *Pastoralis*, dicit *Cuch. lib. 5. tit. 8. num. 17. Bellett. tit. de fauor. cler. person. §. 8. n. 11.* quos refert *Dian. par. 1. tract. 2. ref. 31.* vbi notat, quod tunc Clericus vti Beneficiarius reputatur: & quod Clericus in minoribus habens pensionem, & incedens in habitu, & tonsura gaudeat priuilegio fori, censuit Sac. Congregatio Concilij apud *Farinac. decis. 148. par. 4. Diuers. & apud Barbos. par. 3. all. 57. num. 151.*
- 8 Observant 2. Clericum incedentem in habitu, & tonsura gaudere hoc priuilegio, etiamsi seruitium præstet alteri ecclesie, quã illi, cui fuit per Episcopum adscriptus, ut censuit Sac. Congregatio teste *Novar. apud Ricc. in Collect. decis. 2606. par. 7. Dian. p. 1. tract. 2. ref. 35. & part. 4. tract. 1. ref. 2.*
- 9 Observant 3. Concilium requirere frequentiam, & persuerantiam in seruitij præstatione saltè pro maiori parte temporis, ut censuit Sac. Congreg. apud *Dian. d. p. 1. tract. 2. ref. 35. Barbos. par. 2. alleg. 12. num. 14.* vbi dicit, quod huiusmodi seruitium debet consistere in spiritualibus, non autem in temporalibus; & ideo si Clericus esset Notarius, vel Aduocatus, & seruiret ecclesie circa respicientia suum officium, non gauderet fori priuilegio *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 309.*
- 10 Observant 4. Clericum huiusmodi priuilegium non amittere, si aliqua occasione habitum à se gestari solitum ad breue tempus deposuerit, ut censuit Sac. Congregatio Concilij apud *Farinac. decis. 144. par. 4. Diuers.*
- 11 Observant 5. Clericos in minoribus compelli posse ad seruiendum in diuinis sub pœna prinationis habitus Clericalis: censetur enim inutilis Clericus, qui ecclesie seruire recusat, ut d. *Ricc. in Prax. ut supra par. 3. ref. 315. & alij.*
- 12 Observant 6. Clericos coniugatos non bigamos gerentes habitum & tonsuram, & inseruientes alicui ecclesie iuxta Tridentinum, d. *sess.*

d. *sess. 23. capit. 6.* gaudere priuilegio canonis, & fori non solum in causis criminalibus, sed etiam in ciuilibus *iuxta tex. in d. cap. vn. de Cleric. coniug. in 6. & ita censuit Sacr. Congregatio Controuer. iurisdic. praposta, ut refert Barbof. d. par. 2. alleg. 12. num. 25. vbi etiam citat Lap. alleg. 40. num. 1. & alleg. 118. nu. 2. & ibi Mandos. in addit. litt. A. Mart. de iurisd. part. 4. cas. 153. num. 1. & 15. Car. de Graff. de effect. Cler. eff. 1. nu. 81. Ciarlin. lib. 1. cap. 53. num. 34. Squillan. de Priuileg. cleric. cap. 7. dub. 2. num. 27. et alios, & est communis opinio, ut dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 113. Di. in par. 1. tract. 2. resol. 51. probatur ex d. cap. vn. de Cleric. coniug. in 6. ibi, *vllatenus condemnari*, hoc enim verbum totum negat, & vniuersaliter iurisdictionem Iudicis laici excludit: & ibi, *trahi non posse criminaliter, aut ciuilitur ad iudicium seculari*: si enim Summus Pontifex voluisset, Clericum coniugatum gaudere priuilegio fori in causis tantum criminalibus, fuisset superfluum illud verbum, aut ciuilitur: quia prohibitus cognoscitur in causis criminalibus dicitur prohibitus siue agatur criminaliter, siue ciuilitur: praesertim quia in cap. 2. de for. cõpet. generaliter prohibetur, ne clerici coram laico Iudice conueniantur siue ciuilitur, siue criminaliter; & ideo *textus in d. c. vn. debet ita interpretari, ut minus quam possit, corrigatur commune, ut recte aduertit Ricc. loco cit. quidquid dicat Vulp. in Prax. Iudic. cap. 40. nu. 7. & alij apud Dian.**

d. *ref. 51.* qui putant, clericum coniugatum gaudere priuilegio fori tantum in criminalibus, non autem in ciuilibus.

13 Tenetur autem Clericus coniugatus ad datia, & gabellas: quia praeter priuilegium fori, & canonis, de eo iudicatur vti de laico: d. cap. vn. in fin. & ibi glos. in ver. *in ceteris de Cler. coniug. in 6. Abb. in cap. ex litteris num. 8. & 9. de Vit. & bon. Cleric. Guid. Pap. decis. 83. & 383. Vulp. in Prax. Iudic. c. 40. num. 5. & alij communiter.*

14 Vxore verò defuncta talis clericus recuperat omnia priuilegia clericis non coniugatis concessa, dummodò incedat in habitu, & tonsura Sylu. in ver. *excommunicatio 6. num. 4. Ricc. in Prax. ut supra par. 3. ref. 116. & alij apud Bonac. de censur. in par. disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 3. num. 4. Barbof. d. par. 2. alleg. 12. numer. 28. & communem dicit Vulp. in Prax. Iudic. cap. 40. numero 9.*

15 Secus esset, si quis officium Iudicis criminalis exerceret: quia, cum tale officium sit contrarium clericatui, ita amittit priuilegia clericalia, ut ea etiam dimisso officio non recuperet Ricc. in Prax. par. 3. ref. 313. vbi citat Luc. a Penna in knulli C. de Numerar. lib. 12.

16 In eodem Concilio Tridentino alius est casus, in quo Clericus in minoribus nullo gaudet priuilegio clericali, videlicet si occasione beneficii recepti, vel recipiendi non arctatus ad illos ordinatus fuerit vigore litterarum dimissoriarum Capituli sede vacante infra annum a die vacationis, et

in

in session. 7. de rescapit. 10.

17 Dico 2. quod nomine Monachorum gaudentium priuilegio canonis, & fori intelliguntur omnes Regulares vtriusque sexus *ex illorum c. de monialibus de sent. excom.* etiam bigami, quia *textus in cap. vn. de Bigamis in 6.* restringitur, vt loquatur de existentibus in minoribus, non autem de Monachis, & existentibus in sacris *Silu. in ver. bigamus q. 8.* & hanc esse communem dicit Bonacin. *de Censur. in part. disp. 2. q. 3. pun. 6. sect. 3. nu. 8.* vbi citat Sayr. *lib. 3. cap. 27. num. 32. Molin. tom. 4. tract. 3. disp. 54.* & alios. quod procedit etiam in Nouitijs *cap. religioso §. quamuis de sent. excom. in 6.*

18 Idem dicunt Doctores de equitibus, qui emittunt legitime tria vota substantialia castitatis, paupertatis, & obedientie in manibus Superioris sub aliqua regula, a sede Apostolica approbata, quales sunt milites S. Ioannis Hierosolimitani *Nau. conf. 12. num. 1. de Regul. vbi dicit hanc esse communem sententiam.* quales sunt etiam equites S. Iacobi, Calatraue, & Alcantare in Hispania, qui licet vere, & strictè loquendo religiosi non sint, sunt tamen personæ ecclesiasticæ, & seruantes tria vota suo modo, *idem Nau. conf. 10. de Regul. & alij apud Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 16. pun. 3. n. 16.*

19 quod priuilegium ad huiusmodi ordinum militarium nouitios extendit *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 182. vbi refert, ita Sac. Con-*

*gregationem declarasse, & ita etiam tenent alij Doctores, quos refert, & sequitur Barbof. d. par. 2. all. 12. nu. 45. Dian. par. 5. tr. 1. ref. 18. vbi addit, hoc procedere, etiam si per multos annos huiusmodi nouitij remaneant in Nouitiatu; & ideo 20 trahentes huiusmodi Nouitios ad forum laicale. incurrunt in excommunicationem bullæ Cænæ Domini *Ricc. d. p. 4. ref. 251. Dian. loco cit. & alij communiter.**

21 Secundò Tertiarij, qui assumpto habitu Religionis collegialiter viuunt, vel cum claustralibus habitant, eodem priuilegio gaudent, & exempti sunt à Iurisdictione ecclesiastici, & secularis Iudicis, ac subiiciuntur Iurisdictioni Prælatorum Regularium, *vt cauetur in cõstitutione 22. Leonis X. & censuit etiam Sac. Cõgregatio Concilij, vt refert Lezan. in sum. qq. reg. tom. 2. cap. 14. nu. 27. & 28. & 29.* quamdiu enim ita viuunt censentur Religiosi, & personæ ecclesiasticæ, ac Deo dicantur, sicut censentur nouitij *Nau. in man. cap. 27. num. 79. Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 3. num. 17. & disp. 2. quest. 3. pun. 6. sect. 3. num. 10. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 12. n. 41. Dian. par. 1. tract. 2. resol. 85.* idem priuilegium concessum est mulieribus Tertiarijs, quæ virginales seu cælibem, aut castam vidualè expresso voto sub dicto habitu vitam traduxerint, etiam si in consanguineorum, & affinium suorum, aut in proprijs domibus, vel seorsum habitauerint, *vt dicit Lezan. loco cit. vbi refert, ita declarasse*

Leo-

Leonem X. ac Sac. Congregationem Concilij. An verò in prædictis Tertiarijs huiusmodi qualitates concurrant, Ordinarij loci est iudicium, vt resoluuit Sac. Congreg. Episcop. & Reg. teste Laur. var. ciuitabr. tit. 2. cap. 11. num. 103.

Secus dicendum de alijs Tertiarijs, qui separatim viuunt, ac de mulieribus sine tali voto vitam ducentibus, etiam si habitum proprium Tertiariorum, seu tertij Ordinis deferant: tunc enim huiusmodi priuilegio non fruuntur, quinimò ad onera, quæ laicis incumbunt, perferenda tenentur, & in foro seclari coram Iudicibus seclarijs conueniri possunt ex constitutione Leonis X. quam refert Lezan. d. cap. 14. n. 27.

22 Tertiò hoc priuilegiu Canonis & fori ad homines, qui assumpto habitu religioso adhibentur ad seruitia, & obsequia monialium, & ad quærendas pro ipsis elemosinas, extendit Bonacin. loeis cit. Dian. par. 4. tr. 1. ref. 31. idemque de alijs laicis, qui incedunt in habitu clericali, & inseruiunt Congregationi Presbyterorum, gregatim viuentium instar Religiosorum sub certo superiore, dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 419.

23 Quartò eodem priuilegio gaudent Oblati, qui se, & bona sua in totu tradiderunt Religioni Mart. de Iuris d. par. 4. cas. 113. num. 37. Sorb. in ver. Oblati fratrum, & alij apud Barbof. d. all. 12. num. 39. dummodò mutato habitu viuant vt regulares, siue sub regula Sylu. in ver. excommunicatio 6. num. 3.

Bellet. in Disquis. cleric. tit. de Disciplin. cleric. §. 2. num. 19. Bonacin. d. disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 3. num. 12. Dian. p. 4. tr. 1. ref. 31. Ricc. in Prax. par. 2. ref. 419. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 17. nu. 4. & cap. 41. num. 54. vbi dicit, quòd deferre debent habitum ipsius Religionis, vel saltè illius coloris, vt à seclularibus distinguantur.

24 Quintò eodem priuilegio fruuntur Eremitæ, qui sub speciali obedientia Episcopi, vel alterius Prælati ex voto, vel pacto alicui ecclesie, vel Eremitorio, aut loco sacro deputati deseruiunt, vel in communitate, vel separatim: tunc enim censentur personæ ecclesiasticæ, etiam si tria vota substantialia Religionis non emittant Nau. in man. c. 27. num. 79. Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 16. sect. 1. pun. 3. num. 18. & disp. 2. q. 3. pun. 6. sect. 3. num. 10. Ricc. in Prax. par. 2. ref. 149. Lezan. in Sum. qq. reg. 10. 2. cap. 7. nu. 5. 6. & 7.

25 Ex dictis inferunt Doctores: quòd si Clericus, vel Nouitius committat delictum tempore clericatus, vel Nouitiatus, & post illud commissum ducat vxorem, puniendus est à Iudice ecclesiastico, non autem à seclari: quia tempus delicti attenditur, quo tempore subijciebatur foro ecclesiastico Grammat. dec. 10. num. 3. Vulp. in Prax. iudic. cap. 38. nu. 2. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 8. nu. 1. Ricc. in Collect. dec. 1864. par. 5.

26 Inferunt 2. quòd Clerici, qui reperiuntur in possessione alicuius beneficii, vel communi opinionone pro clericis habentur, vel

pro-

propter diuturnam habitus delationem, vel propter seruitium alicui ecclesie a se vti clericis prestitum statim sunt remittendi ad ecclesiasticum Iudicem ita vt opus non sit probare clericatum ante remissionem, quia tunc clerici presumuntur *cap. si Iudex de Sent. excomm. in 6. Ricc. in Prax. Remission. delinquen. quest. 44.*

27 Obserua tamen, quod Iudex ecclesiasticus ex processu per iudicem laicum compilato non potest clericum condemnare, cum factus fuerit a non competenti Iudice *l. fin. C. si a non comp. Iud. sed debet fieri nouus processus Clar. in d. fin. q. 36. in fin. Guid. Pap. dec. 202. nu. 6. & dec. 419. n. 1. nisi processus fuerit formatus contra Clericum, qui dimiserat habitum, & tonsuram iuxta capit. si Iudex vers. non sic autem de sent. excom. in 6. vel si probationes, & testes de nouo recipi non possent, vt quia testes essent absentes, vel mortui: tunc enim talis processus probaret, & valeret contra clericum, vt dicunt Doctores apud Vulp. in Prax. iudic. cap. 43. nu. 21:*

28 Inferunt 3. quod si quis patrato delicto statum clericalem, seu religiosum assumat, non potest a laica potestate puniri; tum quia mutato persone statu mutatur etiam forum: tum quia Iudex laicus non habet potestatem in clericos *cap. 2. ubi Doctores communiter de for. compet. nisi statum clericalem in fraudem assumat: tunc enim, quamuis non possit a Iudice laico corporaliter puniri, pecuniaria tamen pena, vel con-*

fiscatione bonorum multari potest, & sic remanet subditus ratione cause, & bonorum, non autem respectu persone, vt d. Clar. d. S. fin. q. 36. ver. sepe numero continuis Boss. in tit. de Pœn. nu. 38. Vulp. in Prax. iudic. cap. 38. nu. 7. qui dicunt, hanc esse communem sententiam, & alij apud Bellett. tit. 3: d. 4. num. 3. & apud Loccatell. de Quest. iudic. insp. 5. n. 137. quorum sententia procedere potest, quando quis habitum clericalem assumpsit non animo persistendi in statu clericali, & Deo insouendi, sed hac sola intentione, vt euitet forum seculare, vt inquit Bonacin. de legib. disp. 10. q. 2. pun. 1. d. 1. n. 15. & tunc fraus huiusmodi debet probari per allegantem, coram Iudice ecclesiastico iuxta *cap. si Iudex de sent. excom. in 6.*

Secus esset, si quis occasione delicti perpetrati mouetur ad assumendum habitum animo seruiendi Deo, & simul vitandi forum seculare: hoc enim casu non posset Iudex laicus neque quoad bona contra talem Clericum procedere, etiam si statim patrato delicto clericalem statum assumpsisset: tum quia talis delinquens non dicitur proprie habitum in fraudem fori suscipere, sed potius vti iure suo; tum quia confugiens ad ecclesiam post delictum etiam, animo vitandi forum seculare, gaudet immunitate: tum etiam, quia exempta persona clerici non potest in rebus molestari, ne per vnā viam concedatur quod per aliam negatur ita *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 8. n. 2. & 3. Diā. par.*

par. 1. tr. 2. ref. 27. & par. 3. tr. 1. ref. 33. Bonaccin. loco cit. & ita censuit. Sac. Congregatio apud Farinac. dec. 165. par. 4. Diuers. Vnde omnis præsumptio fraudis cessaret, si talis delinquens ordines sacros susceperit, vel professionem fecerit in aliqua Religione approbata; tunc enim Iudex secularis esset incompetens etiam quoad bona, ut fatetur etiam Vulp. qui communem dicit d. cap. 38. num. 8. ubi citat Feder. de Sen. cons. 97. l. as. in leum quadam puella ff. de Iurisd. omn. Iud. Farinac. tit. de Inquisit. quest. 8. nu. 106. quia in tali casu constaret de animo permanendi in clericatu; immo sufficeret, si delinquens in Religionem ingrediatur, etiam si professionem adhuc non emisit Mart. de Iurisd. par. 4. cent. 2. cas. 121. à n. 22. usque ad fin. quem refert Dian. par. 3. tr. 1. ref. 33.

29 Hinc etiam fit, ut fideiussor de representando liberetur a fideiussione, si Principalis postea assumat clericatum: ita ut non teneatur eum amplius representare: tum quia mutauit statum: tum etiam quia non potest illum representare; quia Clericus est exceptus à Iudice seculari arg. l. sed & si quis ff. si quis caution. l. si decesserit ff. Qui satisf. cog. secus si fideiussor promisit soluere quidquid fuerit iudicatum, quia tunc etiam si Principalis fiat Clericus, fideiussor non liberatur, sed tenetur ad promissa; quamuis enim Principalis mutauerit statum, potest tamen fideiussor adimplere, quæ promisit arg. l. si vero, ubi

Bart. ff. Qui satisf. cog. l. 1. C. de fideiuss.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus in minoribus constitutus incedens sine habitu, & tonsura quando amittat priuilegium fori.
- 2 Item quando Clericus in minoribus, vel in sacris constitutus amittat priuilegium canonis. Quæ dicantur enormia delicta, ibidem.
- 3 Clericus Beneficiatus, vel in sacris constitutus incedens sine habitu, & tonsura quando amittat priuilegium fori.

C A P. II.

An incedens sine habitu, & tonsura amittat absque alia monitione priuilegium canonis, & fori.



Ommunis est opinio, quod Clericus in minoribus ordinibus, aut prima tonsura constitutus incedens sine habitu, & tonsura, absque alia monitione amittat priuilegium fori, ac foro laicali subdat ex Concilio Tridentino sess. 23. de ref. cap. 6. propter dictionem nisi, ibi positam, quæ excipit h. actione C. de transact. ita censuit Sac. Congregatio, ut refert Bellett. tit. de fauor. Cleric. person. §. 3. n. 6. vers. propterea Bonacin. de legib. disp. 10. q. 2. pun. 1. §. 4. nu. 16. R. sec.

T c in

in *Prax. for. eccles. par. 3. ref. 476.* & *par. 4. ref. 237. Nau. conf. fin. nu. 6. de Priuileg. & alij apud Dian. p. 1. tr. 2. ref. 34. idem de Clerico coningato dicit Syllu: in ver. excom. munitio 6. num. 3. in fin. Vulp. in Prax. iudic. cap. 40. num. 6. quia priuatio hec non imponitur ob delictum, sed ob defectum conditionis requisitæ ad gaudendum priuilegio clericali.*

Obseruant tamen Doctores, quod requiritur tanta perseuerantia in dimissione habitus, ac tonsuræ clericalis, vt publicè existimetur laicus, si iudex de sent. excom. in 6. Prosp. de Augustin. in addit. ad Quarant. in ver. habitus clericalis vers. prænarrata constitutio Barbof. de offic. & pot. episc. p. 2. all. 12. nu. 20. puta si per annum habitum, & tonsuram dimiserit, vt dicit Ricc. in *Prax. for. eccles. p. 2. ref. 172.* potest autem Episcopus prescribere tēpus, infra quod clericus incedendo absque habitu, & tōsura dicatur perseuerasse ita vt publicè æstimetur laicus; quia quoties tempus non reperitur à iure prefixum, vel limitatum, potest à Iudice limitari, vel ampliari eius arbitrio iuxta cap. de causis, ubi Doctores de offic. deleg.

Ex quo obseruant 2. Clericum solitum deferre tonsuram, & vestes clericales non amittere fori priuilegium, etiam si absq. tonsura, & habitu capiatur Prosp. de August. loco cit. & decisum refert Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 12. num. 20. & ideo clericum, qui per mensem ante delictum ecclesiæ inseruiuit, & habitum,

& tonsuram detulit, fori priuilegio gaudere, resoluit Dian. par. 1. tr. 2. ref. 35. Ricc. in Collect. dec. 1610 par. 5. quod eo magis procederet, si ex iusta causa timoris, vel propter paupertatem, aut aliud legitimum impedimentum tonsuram, ac vestes clericales non deferat. *Clan. in V. fin. q. 36. vers. quæro nūc, & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. loco cit. §. 4. nu. 17.*

3. Obseruant 3. Concilium d. sess. 23. cap. 3. loqui tantum de priuilegio fori; & ideo Clericus non habens requisita Concilij non amitteret priuilegium canonis, vt declarauit Sac. Congregatio teste Bellett. tit. de fauor. cleric. person. §. 8. n. 19. Vulp. in *Prax. iudic. c. 41. n. 11. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 541.* nisi totaliter dimiserit vestes clericales: ita vt omnino incedat vt laicus, ac terminatus habitum clericalem non resumat iuxta cap. in audientia de sent. excom. clem. 1. de vit. & bon. cleric. & ideo percuciens clericum incedentem sine habitu, & tonsura, non tamen monitum ad habitum, & tonsuram suscipiendum, incurrit in excommunicationem dicti canonis si quis suadente 17. q. 4. Ricc. in *Prax. par. 4. ref. 237. Dian. p. 1. tr. 2. ref. 35.* dummodò percuciens sciat, eum esse clericum, secus si probabiliter ignorauerit, vt d. Riccius loco cit.

Verum si clericus dimisso habitu, & tonsura enormitatibus se immisceat, tunc priuilegium canonis amittit absque alia monitione, vt d. glos. in cap. perpendimus de sent. excom. Bellett. tit. de fauor. cleric.

cleric. can. §. 5. numer. 41. & seq. & communem dicit Nau. cap. 27. n. 81. Dian. par. 1. tr. 2. ref. 130. vers. vel posset, & alij apud Barbof. in d. cap. perpendimus, vbi addit, quod tunc Clericus dicitur se immiscere in enormitatibus, quando facit seditionem, praelia, aggressiones, & huiusmodi in populo: quamuis aliter id explicet Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 172. qui putat, ea dici in hac materia enormia delicta, per quae delinquens incurrit infamiam, ut in cap. infames 3. q. 7. ex sententia tamen omnium in tali casu procedere debet declaratoria super huiusmodi criminis enormitate, alias clericus non intelligitur priuatus priuilegio clericali cap. cum secundum de Heret. in 6. & post Felin & Diaz. dicit Clar. §. fin. q. 36. vers. sed quaritur, quibus adde Bonacin. de legab. disp. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. n. 5. in fin.

3 Obseruant 4. Clericum beneficiatum, vel in sacris constitutum incedentem sine habitu, & tonsura non amittere priuilegium fori, nisi praecesserit trina monitio iuxta cap. fin. de vit. & honest. cleric. cap. in audientia, & cap. contingit de sent. excom. quia Concilium loco cit. nihil innouauit quoad Clericos in sacris constitutos, vel beneficium obtinentes, sed tantum loquitur de clerico in minoribus, vel prima tonsura initiato, ita Bonacin. d. disput. 10. q. 2. pan. 1. §. 4. num. 16. vers. si vero Bellett. tit. de fauor. cleric. person. §. 8. num. 7. vers. disting. uendum Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 310. Dia.

par. 1. tr. 2. ref. 29. quod praecedit, etiam si tonsura, atque habitu clericali dimisso sese enormibus delictis immisceat cap. cum non ab homine de Iudic. Nau. con. fin. de Priuileg. Barbof. d. par. 3. all. 1. 2. n. 23. vers. sed supra dicta, & alij plures apud Bellett. d. tit. de fauor. cleric. person. §. 7. num. 3. & de fauor. cleric. canon. §. 2. nu. 43. Dian. par. 1. tr. 2. ref. 24. 52. & 130. nec posset Iudex laicus propter quodcunque etiam enormissimum crimen post trinam monitionem huiusmodi clericum beneficiatum, aut constitutum, in sacris punire, nisi prius a Iudice ecclesiastico fuerit degradatus, ac traditus Curiae seculari cap. ut fama de sent. excom. & hoc sententur omnes, ut dicit Clar. in d. §. fin. q. 36. vers. scias autem, vel nisi talis esset incorrigibilis seruata forma cap. cum non ab homine de Iud. videlicet quod primo fuerit depositus propter crimen: secundo quod propter incorrigibilitatem fuerit excommunicatus: tertio anathematizatus: tunc enim si adhuc perseuerauerit in contumacia, efficitur de foro seculari etiam absque alia degradatione, ac traditione Farinac. de Inquis. quest. 8. num. 51. Boss. in tit. de for. compet. nu. 133. vbi dicit, quod forma dicti textus raro practica- tur, & ita etiam tenent alij apud Kulp. in Prax. iudic. cap. 43. nu. 24. & communem dicit Clar. d. q. 36. vers. dixi etiam, & tunc puniri potest talis clericus etiam iuxta dispositionem iuris civilis cap. ad falsarios de Crimin. fals. Clar. d. q. 36. vers. sed an Iudex secularis

Farinac. quæst. crim. q. 8. num. 48.
 & alij apud Bonac. de legib. disp.
 10. q. 2. pun. 1. §. 1. vers. limita tamē
 primo.

S V M M A R I V M.

- 1 Famuli, familiares, & coloni partiarj Episcoporum gaudēt priuilegio fori.
- 2 Quid si dietim seruiant.
- 3 Eodem priuilegio gaudent ministri Curia Episcopalis, et Fiscales, Notarij, Nuncij, satellites, custodes carcerum, & similes.
- 4 Item famuli Episcoporum titularium.
- 5 Item familia Vicarij Episcopij.
- 6 Item famuli aliorum Prælatorū habentium territorium, & iura episcopalia.
- 7 Item familiares Inquisitorum.
- 8 Sententia Loccatelli reprobatur.
- 9 Familiares Episcoponū fori priuilegio gaudent in omnibus delictis.
- 10 Quando famuli familiarium Episcopi gaudeant priuilegio fori.
- 11 Famuli, seu serui ecclesiarum, vel Hospitalium eodem priuilegio gaudent.
- 12 Item pueri serui ecclesie in missis celebrandis.
- 13 Item Clerici, vel Diaconi, quos in Regno Neapolitano vocant saluaticos.
- 14 Quando huiusmodi Clerici, seu Diaconi ab eorum officio possint remoueri.

C A P. III.

An familia Episcopi gaudeat priuilegio fori.



Communis est Doctorum sententia, quod famuli, familiares, & coloni partiarj Episcoporum pro tempore seruitij gaudent priuilegio fori tam in causis ciuilibus, quam criminalibus, etiamsi sint meri laici ita vt coram Indice ecclesiastico conueniri, & ab eo puniri tantum debeant, vt tradunt omnes in cap. fin. de offic. Archid. Abb. in cap. 2. num. 6. de for. compet. Bur. sat. conf. 25. per tot. lib. 1. Capyc. deo. 12. nu. 1. Clar. S. fin. q. 35. vers. quæro numquid Boss. in in tit. de for. compet. num. 127. & ita declarauit Sac. Congreg. super cōtrouers. iurisdic. vt refert Sperell. decis. 42. num. 23. Loccatell. de quæst. Iudic. inspect. 5. num. 140. & seq. dummodo seruiant personæ Episcopi per aliquod tempus considerabile, seu si dietim, vt dicit Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. num. 14. Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. c. 41. num. 50. Gratian. discept. 341. numero 4.

Amplia n. vt eodem priuilegio gaudeant ministri Curia Episcopalis, quales sunt Fiscales, Notarij, Nuncij, satellites, Custodes carcerum, & similes etiam in delictis extra officium commissis Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 107. num. 9. & seq. Ricc. in collect. decis. 2658. par. 7. & in Prax. for. eccl. def.

- cles. par. 1. ref. 481. & consuit etiam Sac. Congregatio approbante summo Pontifice Paulo V. ut refert Dian. par. 5. tr. 1. ref. 1. quod procedit etiam de iure communi: quia officialis & minister sub illo Magistratu, & Preside conuenitur, ad cuius prouidentiam, & iudicium illius pertinet ministerium l. 2. C. 8 de offic. Magistr. milit. Lucas à Penna in Rubr. C. de Apparit. Praef. Urb. lib. 12.*
- 4 Amplia 2 in famulis Episcoporum titularium, qui similiter ab ordinario loci, ubi degunt, puniri, & coram eo conueniri debent ut declarauit Sac. Congregatio teste Dian. d. par. 5. tr. 1. ref. 23.
- 5 Amplia 3. in familia Vicarij Episcopi Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 481. & in collect. decis. 2658. p. 7.
- 6 Amplia 4. in famulis aliorum Prælatorum habentium territorium, & iura Episcopalia cum potestate iurisdictionis Ciurilin. contr. forens. cap. 20. à nu. 26. quem refert, & sequitur Dian. d. par. 5. tr. 1. resol. 25.
- 7 Amplia 5. in familiaribus inquisitorum, qui ab eisdem inquisitoribus puniuntur Gratian. discept. 341. num. 11. & alij: exceptis reis criminis lese maiestatis, Rebellionis vel seditionis publicæ: item delinquentibus contra litteras securitatis à Principe concessas, eòtrauenientibus mandato regio, Proditoribus, Raptoribus mulierum, publicis latronibus, effraetoribus ecclesiarum, & monasteriorum, incendiarijs, contempnentibus, & resistentibus regio Iudici, delinquentibus in eorum offi-

cio sæculari, inquisitis de nefando crimine, vel alia maiora crimina committentibus, pro quibus à suo Iudice ecclesiastico essent tradendi Curie sæculari: tunc enim si laici sint, non gaudet priuilegio fori secundum Doctores, quos refert, & sequitur Loccatell. de quest. Iudic. in sp. 3. num. 142. & seq. ubi addit, quod etiam Episcoporum familiares in dictis casibus fori priuilegium amittunt: sed còtrarium colligitur ex tex. in d. cap. fin. de offic. Archid. qui simpliciter, & indistinctè loquitur. Vnde familiares Episcoporum fori priuilegio gaudere in omnibus delictis, rectius sentiunt alij Doctores apud Dian. par. 4. tract. 1. ref. 30. ubi refert, ita etiam declarasse Sacræ Congregationem, quibus adde Calcan: cons. 71. nu. 4. Nig. in extrau. unic. num. 89 de vit. & hon. cleric. Ioan: de Mont. Sperell. inter cons. Calcan. 72. qui loquitur in delictis enormibus, & enormissimis, pro ut illos refert Stephan. Gratian. discept. 341. num. 5. & seq. & ita sentiunt omnes Doctores, qui indistinctè concedunt priuilegium fori familiaribus Episcoporum tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis Oltrad. cons. 293. num. 5. Marant: de ordin. Iudic. p. 4. dist. 11. n. 4. Cappye. dec. 12. nu. 1. Thesaur: dec. 22. nu. 6. & communem dicit Clar. in §. fin. q. 35. vers. Quæ pro nūquid Shrozz. de Vicar. Episcop. lib. 2. q. 146. & alij permulti apud Barbof: in d. cap. fin. de offic. Archid. Belleit: tit. de fauor. cleric. real. §. 1. num. 13.

10 Amplia 6. in famulis familiarium Episcopi, qui expensis eiusdem

Epi-

Episcopi aluntur: isti enim dicuntur familiares Episcopi, *vt dicunt Doctores apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 5. num. 7. quicquid dicat Vulp. d. cap. 41. n. 50.*

- 11 Amplia 7. etiam in famulis, seu seruis ecclesiarum, quales sunt laici alicui ecclesie seruitio ab Episcopo ascripti *c. continua 11. q. 1. c. ecclesiarum seruos 12. q. 2. Bellett. tit. de fauor. cler. person. §. 2. num. 2* quales sunt etiam persone deputate ab ordinario ad aliquod Hospitalis eiusdem Episcopi auctoritate erectum *Valasc. consult. 105. num. 32. Carol. de Grass. eff. 1. n. 117.*
- 12 quos refert Barbof. d. par. 2. all. 12. num. 40. ac pueri seruientes ecclesie in missis celebrandis *glos. in ver. minores, & DD. in cap. 2. de for. compet. Vnde etiam in Regno*
- 13 Neapolitano Clerici, vel Diaconi, quos vocant saluaticos, licet nullum habeant ordinem, nec habitum clericalem deserant, tamen quia sunt principaliter ascripti ecclesie seruitio, gaudent fori priuilegio, & immunitate ab oneribus personalibus durante eorum seruitio, *vt declarauit Sac. Congregatio approbante Greg. XV. 10. Kal. Iunij 1623. vt refert Ricc. in Prax. for. ecal. p. 4. ref. 230. qui ibidem*
- 14 *ref. 227. dicit, huiusmodi clericos non posse remoueri absque legitima causa; quemadmodum si Abbas absque causa remoueret Monachum a Prioratu manuali, posset idem Monachus implorare officium Superioris, ne remoueretur arg. cap. ad hac, ubi Doctores de offic. Vicar. possent autem remoueri, si essent criminosi, aut male*

conditionis, & fame: vel si per seipsum non inferuient, aut excederent numerum prescriptum in d. decreto Sac. Congregationis, ex quo in Cathedralibus, seu Superioribus ecclesijs assumi possunt ad summum quatuor: in collegiatis, vel parochialibus duo: in alijs vero ecclesijs in quibus diuina celebrantur, si Episcopo videbitur, vnus.

Obseruat tamen idem Ricc. in Prax. vt supra par. 4. ref. 231. quod licet criminosi eligi non possint ad huiusmodi ecclesiarum seruitium ita prohibente sacra Congregatione in dicto decreto: nihilominus sufficeret, si tempore electionis non essent amplius criminosi, puta si tunc essent emendati, & absoluti: quia sufficit, quod qualitas requisita in actu adsit de tempore actus celebrati *l. Melass. de Alim. & cib. ar. legat.*

S V M M A R I V M.

- 1 Serui perpetui Clericorum gaudent priuilegio fori.
- 2 Item uxor Presbyteri Graci.
- 3 Quando uxor Clerici latini gaudeat d. priuilegio.
- 4 Filij legitimi Clericorum uiuente patre fruuntur eodem priuilegio.
- 5 An Famuli temporales, vel conductitij Clericorum gaudeant priuilegio fori.

CAP. IV.

Verunt Familia Clerici gaudeat priuilegio fori.

Ico primò, seruos perpetuos, vt mancipia, gaudere priuilegio fori iuxta *glos. in cap. clericum 11. q. 1. Bellet. in Disquis. cleric. tit. de fauor. cler. real. §. 1. n. 12. Gratian. discept. 341. nu. 1. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. num. 3. Thesaur. dec. 22. num. 5. Capyc. dec. 12. numer. 2. etiam si essent Mauri, Turcæ, & à catholica ecclesia alieni, vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Dian. par. 3. tr. 1. ref. 47.*

2 Dico 2. eodem fori priuilegio gaudere vxorem Presbyteri Græci l. 2. C. de Episc. & cler. Gratian. loco cit. Felin. in c. 2. de for. com-
pet. & vxorem Clerici latini in minoribus constituti *glos. in cap. eos qui 32. dist. & in cap. clericum 1. 11. q. 1. Bald. in l. 1. num. 1. & seq. C. de Episc. & Cler. Carauit. super Ritib. mag. Cur. tit. 46. num. 31. & alij apud Dian. par. 3. tr. 1. ref. 45. dummodò in viro concurrant conditiones requisitæ per Conciliū Tridentinum sess. 23. de ref. cap. 6. & per c. vnico. de Cler. coniug. in 6. alias secus esset, quia tunc nec clericus ipse huiusmodi priuilegio gauderet Abb. in cap. 2. nu. 7. & seq. de for. compet. vbi etiam dicit, fori priuilegio in omnibus gaudere vxorem diuisam à Clerico promoti ad sacros, quæ vult continentiam iuxta cap. cum*

sis de Conuers. coniug. & ratio est, quia vxor ratione matrimonij fortitur forum viri l. fin. C. de Incol. lib. 10. quod procedit etiam mortuo viro, donec alteri nubat: quia dum vita vidualis durat, cõsetur in eodem matrimonio esse, vt ex l. filij §. 1. ff. ad municip. colligit Bellet. d. tit. de fauor. cleric. real. §. 1. in fin.

4 Dico 3. filios legitimos clericorum viuente Patre gaudere eodem priuilegio fori, ac exemptione gabellarum: quia Pater, & filius vna, & eadem persona reputantur l. 2. C. de Episc. & Cler. l. fin. C. de Impub. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. n. 49. Car de Graf. eff. 1. nu. 189. Nouar. in Quæst. forens. par. 1. q. 98. nu. 2. Squillan. de Priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 2. nu. 35. & cap. 8. dub. 1. num. 13. quos refert Dian. par. 3. tr. 1. ref. 6.

5 Difficultas est, an famuli temporales, vel conductitij clericorū gaudeant hoc priuilegio? in qua alij absolutè affirmant, priuilegiū fori Clericis concessum extendi, immò comprehendere eorum, seruos, famulos, & colonos, qui mercede promissa ad tempus seruiunt, ita tenet *glos. in cap. eos qui 32. dist. & in c. iudicatum 89. dist. & in cap. clericum 1. 11. q. 1. & in cap. generaliter §. monarum 16. q. 1. Bald. in l. 1. nu. 5. & in l. 2. num. 5. C. de Episc. & Cler. Paul. de Castr. & Alberic. in l. si quis C. vbi caus. fise. vel diuin. dom. Ias. in licum quadam num. 17. ff. de Iurisd. om. Iud. Rebuff. de Priuileg. Scholar. priuileg. 166. n. 1. & seq. & hanc sententiam esse in iure vniuersalem, test. 1.*

testatur Garauit: super Rit: magn. Cur: rit: 46: num. 27: vers: & contraria procedunt Thesaur: dec: 22: num: 4.

Probatur 1. ex l. 2. C: de Episc: & Cler: vbi exemptio à muneribus publicis Clericis concessa nō solum ad vxores, & filios, sed etiā ad famulos extenditur: Vnde etiam priuilegium concessum Hospitali ad Hospitalarios extendit Oldrad: cons: 11.

Probatur 2. quia priuilegium immunitatis concessum Doctoribus in l. Medicos C: de Profess: & med: lib: 10. extenditur etiam ad seruos, famulos, & colonos ipsorum Doctorum, vt dicit Menoch. de Arbitr: l. ad: lib: 2: cas: 562. n: 63. & priuilegium electionis fori, & alia priuilegia scholaribus concessa etiam eorum famulis, & nūcijs conceduntur auth: habita C: Ne fil: pro Patr. Vnde neque exceri possunt represalia contra Scholarium nuncios, vt d. Bar. in tract. de Represal. q. 7. princ. nu. 7. ad sextum. & restitutio in integrum, quæ militibus conceditur, etiam militam medico datur l. inter eos ff. Quib. ex caus: maior.

Probatur 3. tum ex c. continua 11. q. 1. vbi priuilegium fori concessum Clericis, etiam eorum famulis concedi videtur, ibi, vel eorum, qui ecclesie necessitatibus seruiunt: tum etiam quia priuilegium debet extendi ad personas accessorias, sine quibus priuilegium inutile remaneret cap. licet de priuil. in 6. l. 2. ff. de vsu: & habit. Vnde nulla videtur esse differentia inter seruos perpetuos,

& ad tempus; quia pro eo tempore etiam famuli, & serui temporales sunt quid accessorium ad ipsos Dominos, qui sine eis stare nequeunt; & ideo priuilegium ad eos durante seruitij tempore extendi debet, nē à clericorum ministerio abstrahatur Bald. in l. 1. n: 1. & 5. & ibidem Alberic. num. 4. C. de Episc: & Cler: & ita etiam tenet Narbona apud Dian. par. 3. tr. 1. resol. 47.

Alij absolutē negant, huiusmodi seruos, & colonos Clericorum gaudere priuilegio fori, ita Natt. cons: 576. numer. 3. tom. 3. vbi dicit hanc esse veriore[m] Iul. Clar. in Pract. crimin. §. fin. q. 35. vers. quero numquid Bellett. tit. de fauor. cleric: real. §. 1. num. 12. Vulp. in Prax. iudic. cap. 41. n. 50. Capyc. dec. 12. num. 2. & hanc esse magis communem dicit Thesaur. dec. 22: num. 1. vbi etiam testatur, ita in praxi seruari, & ita etiam tenent alij apud Loccatell. de quest. Iudic: insp. 5. num. 140. & ratio est, quia priuilegia sunt stricti iuris, & ideo non debent extendi reg. priuilegium de Reg. Tur. in 6: præsertim cum hoc priuilegium fori sit personale, vt dicit glos. in cap. vn. ver. omni priuilegio de Bigā. in 6. Euerard. cons. 42. in princ.

Alij verò sentiunt, huiusmodi famulos tunc fori priuilegio gaudere, quando alias clerici notabile damnum, seu detrimentum paterentur, puta si eorum famuli domesticam curam gererent, aut haberent generalem ecclesie administrationem: hoc enim casu tales famuli non nisi magno cum

cum Clericorum incōmodo extra forum ecclesiasticum trahi possunt *glos. in cap. indicatum 89. distinct. Felin. in capit. 2. numer. 2. vers. tene istam conclusionem de for. compet. Oldrad. conf. 11. Lucas à Penna in Rubr. de Apparit. Praef. Urb. nu. 2. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. Dian. par. 3. tr. 1. ref. 47. vers. non desunt, ubi citat Squilant. de Priuileg. cler. cap. 7. dub. 2. n. 57. Carol. de Grass. de effect. cler. eff. 1. num. 150. & alios: nec dissentit Abb. in cap. 2. num. 6. de for. comp. Thesaur. d. dec. 22. num. 7. vers. salit quarto: quibus addo Surd. cōf. 304. num. 11. & 12. lib. 3. ubi dicit, quod laicus Iudex non potest colonos, & conductores ecclesiae criminaliter vexare, quando sine eis ecclesia non gauderet rebus suis, nec frui posset suo priuilegio, & hanc sententiam tenet etiam Gratian. discept. 340. num. 4. 5. & 15. atque ita cōciliari possunt supradictae opiniones contrarie.*

S V M M A R I V M.

- 1 Munera ciuilia alia sunt patrimonialia, vel realia, alia personalia, alia mixta.
- 2 Quando Clerici teneantur ad onera realia.
- 3 An Clerici teneantur ad soluenda tributa.
- 4 Et an teneantur ad decimas praediales.
- 5 Clerici non tenentur ad onera ex aliqua necessitate imposita, & illa in totum, vel ex parte ces-

sante remouenda, vel minuenda.

- 6 Quoad Immunitatis priuilegium eodem iure cenferi debent bona clericorum, & ecclesiae.
- 7 Eadem immunitate gaudent bona Clerico ab extraneo donata, ut ad sacros ordines promoueri posset.
- 8 Clerici à muneribus personalibus sunt exempti.
Quae dicantur munera personalia, ibidem.
- 9 Clerici non tenentur ad onera mixta.
- 10 Clerici non tenentur ad Collectas.
- 11 Forenses neque ad onera personalia, neque ad mixta tenentur, nisi adsit consuetudo in contrarium.
- 12 Mutata persona mutatur conditio rei.
- 13 Bartoli cautela reprobatur.
- 14 Portio collectarum, qua pro bonis in ecclesiasticos translatis erat soluenda, accrescit ceteris in eodem loco aestimatis.
- 15 Quid si immunitas non de iure, sed priuilegio Principis, vel consuetudine alicui competat.
- 16 Quam poenam incurrat imponens Clericis collectas, vel eas exigens.
- 17 Etiam Clerici in minoribus, vel prima tonsura initiati gaudent hac exemptione.
- 18 Quid si non habeant requisita Concilij Tridentini, vel si habitum assumpserint in fraudem collectarum.
- 19 Eodem priuilegio fruuntur Regularares

- gulares etiam Nonitij, equites 39 Si laicus habeat rem communē
Hyerosolimitani, ac S. Jacobi,
Calatraua, & alia personæ eccle-
siastica, ac Deo dicatae.
- 20 An clericus coniugatus sit exē-
pius a collectis, & gabellis.
- 21 An clericus, cui legata, vel ven-
dita fuit res, cum onere soluendū
collectas teneatur illas soluere.
- 22 Quid si Princeps imponat colle-
ctam Vassallis suis pro feudis, &
locis, quæ ab eo tenent.
- 23 An Clericus succedens in bonis
huiusmodi onere affectis, tenea-
tur soluere collectas præteritas.
- 24 Clerici regulariter non tenentur
contribuere in expensis, quæ fiunt
in refectione murorum Ciuita-
tis, viarum, & pontium: li-
mitatur num. 25. 26. 27. 28. 29
& 30.
- 31 An Clerici teneantur rescicere viā
ante domus suas.
- 32 Item an teneantur soluere mer-
cedem saluario, vel medico.
- 33 Clerici mittentes animalia ad
pascua communitatis cogi pos-
sunt ad soluendam mercedem.
- 34 Clerici tenentur pro damno dato
ab eorum animalibus.
- Quando pascua sunt communia
ciuibus, non potest vniuersitas
prohibere, ne clericorum anima-
lia ibi pascantur.
- Clerici non tenentur ad militum
hospitationem, neque ad gabel-
las, & alia onera.
- 36 An hæc immunitas extendatur
ad Clerici familiam.
- 37 Fratres, inter quos est Clericus,
habentes patrimonium indiui-
sum, an teneantur soluere col-
lectam.
- 40 Iudex ecclesiasticus potest cogere
fratres Clerici ad diuidendum
bona.
- 41 An familia clericici, eo absente,
gaudere debeat immunitate a
collectis, & gabellis.
- 42 Quando emergit aliquod dubium
circa priuilegium clericorum,
recurrendum est semper ad Iu-
dicem ecclesiasticum.

CAP. V.

An Clerici exempti sine a
muneribus ciuilibus,
seu publicis.

M Vneram ciuiliū tri-
plex est diuisio, qua-
dam enim patrimo-
nialia, seu realia di-
cuntur, quedam per-
sonalia sunt, alia mixta, vt in l.
ult. ff. de muner. & honor. realia
dicuntur, quæ ipsis fundis infixæ
sunt: personalia, quæ præstantur
à persona propter personam: mix-
ta verò eā sunt, quæ debentur à
persona propter rem Bald. in lom-
nes nu. 4. & 5: C. fin. conf. vel. reliq.
& c. His præmissis.

2 Dico I. clericos teneri ad onera
realia, dummodò sint certa
perpetua, & inuariabilia, ac bo-
nis propter bona, non autē pro-
pter personas imposita, ita Abb. in
cap. ex litteris num. 12. de Vit. &
bon. Cleric. Ferrett. conf. 167. nu. 11.

Euc-

Euerard. conf. 42. in princ. Franc. 6
 de Auet. conf. 132. sub. num. 1. vñ
 restat ergo videre Ruin. conf. 117
 num. 9. vol. 4. Vulp. in Prax. iudic.
 cap. 17. num. 13. Ricc. in Prax. for.
 ecclē. par. 3. res. 130. & 134. & in
 collect. decis. 504. par. 3. & commu-
 nem dicit Bellett. in Disquis. cleric.
 tit. de exempt. cleric. & eorumdem
 honor. à muner. publ. §. 3. per tot.
 Bonacin. de Contract. disp. 2. q. 9.
 pun. 2. numer. 2. Rot. det. 42. nu. 11.
 & seq. par. 4. in Recent. & ideo te-
 3 nentur ad soluenda tributa, quia
 tributa sunt onera merè patrimo-
 nialia, & præstantur ex re prop-
 ter rem s. s. tributū 11. q. 1. c. tribu-
 tū 23. q. 8. Bart. in l. rescripto §. fin.
 num. 1. & 2. ff. de muner. & honor.
 Bald. in l. omnes num. 4. C. fin. cens.
 vel reliq. & c. quemadmodum
 4 etiam tenentur ad decimas præ-
 diales, ad quas tenentur etiam
 Regulares speciale priuilegium
 non habentes cap. commissum ex.
 de Decim. capit. fin. §. ceterum eod.
 tit. in 6. Monet. de Decim. cap. 5. q. 1.
 num. 18. & seq.
 5 Secus dicendum est de oneri-
 bus ex aliqua necessitate imposi-
 tis, & illa in totum, vel ex parte
 cessante remouenda, vel minuen-
 da: ad hæc enim neque ecclesia
 neque Clerici tenentur Azor. in-
 stit. mor. par. 1. lib. 5. cap. 13. quest. 1.
 Gutier. pp. 99. lib. 1. quest. 3. in. fin. 9
 Leo. in thes. for. ecclē. p. 1. cap. 14. nu.
 28. Vulp. d. cap. 17. num. 13. Ruin.
 conf. 111. num. 12. vol. 5. Rota in
 Brundusina Gabelle 13. Februarij
 1604. Coram Penia, quam refert
 Ricc. in Prax. for. ecclē. par. 3. resol.
 134. & est communis opinio; eodē

quippe iure censeri debent bona
 clericorum, & ecclesiarum quoad
 immunitatis priuilegium cap. non
 minus, & cap. aduersus de Imm.
 Eccles. cap. quamquam de censib. in
 6. & constat etiam ex Bulla Gene
 Domini can. 18. præsertim si ad eo-
 rum titulum Clericus fuerit ordi-
 natus glos. fin. in cap. Episcopus de
 Præben. fin. in cap. ecclesia sancta
 Mariae num. 10. vbi etiam Dec. n.
 71. de Cōstit. Bellett. loco cit. §. 5. n. 9.
 Dian. p. 1. tract. 2. res. 40. quod pro-
 cedat etiam in rebus Clerico do-
 7 natis ab extraneo, vt ad sacros
 ordines promoueri posset, vt tra-
 dunt Doctores, quos refert & sequi-
 tur Barbosa in cap. non minus n. 4.
 de immun. ecclē.

8 Dico 2. Clericos etiam de iure
 ciuili à muneribus personalibus
 esse exemptos, vt constat ex l. 1. &
 2. C. de Episc. & Cler. & ideo non
 tenentur ad onera, quæ imponi-
 tur pro salario Prætoris, Medici,
 Magistri Grammatice, satellitum
 ceterorumque officialium, neque
 ad taxam salis: quia hæc sunt mu-
 nera personalia, quæ imponuntur
 per capita subditorum non habi-
 to respectu ad patrimonium Boff.
 in tit. de princip. numer. 100. Ruin.
 conf. 111. num. 12. vers. nec etiam to.
 5. Alexand. conf. 68. num. 3. Bursat.
 conf. 16. num. 31. vol. 1.

Dico 3. Clericos neque teneri
 ad onera mixta l. 1. & Auth. item
 nulla communitas C. de Episc. &
 Cler. d. cap. non minus & cap. ad-
 uersus vbi Doctores omnes ex de
 immun. ecclē. cap. 1. eod. tit. in 6. cap.
 quamquam de censib. in 6. vbi di-
 citur, quod clerici de iure diuino

ab huiusmodi exactionibus sunt immunes *clerm. present. eod. tit. de Censib. & constat etiam ex Bulla Cane Domini can. 18. Vnde non valeret consuetudo in contrarium c. fin. de consuet. Bellett. ubi sup. S. 1. n. 11. Berous. conf. 31. nu. 17. vol. 1.*

10 Ex quo infertur 1. quod Clerici non tenentur ad collectas: quia collectae imponuntur personis pro rebus; & ideo non subditis imponi nequeunt *d. a. ubi. item nulla communitas Bart. in l. rescripto S. fin. num. 4. ff. de muner. & honor. & conf. 180. m. 3. vol. 1. & alij apud Bellett. d. tit. de exempt. cleric. & eorum d. bon. & c. S. 5. etiamsi certae sint, & determinatae, siue perpetuae, & impositae ex ordinatione Principis: quia ex hoc non tollitur, quin fuerint impositae personis pro rebus *Ruin. conf. 117. nu. 4. & 9. vol. 4. & conf. 111. n. 12. vol. 5. Franc. Aretin. conf. 232. nu. 1. vers. sed tamen non obstante Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de iur. immun. concl. 2. num. 3. Euerard. conf. 42. in princip. Io. de Neuizan. conf. 66. n. 16. Bursat. conf. 16. num. 31. vol. 1.**

11 Ita etiam, quia forenses subditi non sunt, nec ad onera personalia, neque ad mixta tenentur nisi adesset consuetudo legitime praescripta *Bart. in d. l. rescripto S. fin. num. 4. & in l. unic. C. de Aur. coronar. lib. 10. Franc. Aretin. conf. 232. sub num. 1. Io. de Neuizan. d. conf. 66. num. 16. Curt. Iun. conf. 60. num. 1. & seq. par. 1. Euerard. conf. 42. colum. 5. Bursat. conf. 16. nu. 31. libr. 1. Gabr. d. lib. 6. tit. de iur. Immun. conc. 2. num. 1. & seq. Alexan. conf. 68. num. 12. lib. 3.*

12 Quare corrumpitur huiusmodi onus, ubi bona vel per successionem, donationem, emptionem, seu alium quemcumque titulum perueniunt ad ecclesiasticum: mutata enim persona mutatur etiam conditio rei *c. nouerint 10. q. 1. Abb. in cap. ex litteris nu. 12. de Vit. & bon. cleric. Barbof. in cap. non minus n. 4. de Immun. eccles. Bero. conf. 31. n. 15. & seq. lib. 1. Ferrett. conf. 167. n. 11. Gutier. pp. 99. lib. 1. q. 3. in fin. Purpurat. conf. 582. num. 11. Guid. Pap. decis. 382. Bellett. loco cit. S. 3. n. 5. quod procedit, etiamsi Clericus emat bona in ultimo Ciuitatis posita, & collectae per pactum generaliter obligata *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 130. qui de communi testatur; vel si ex statuto loci caueatur, quod omnia praedia sita in territorio statuentium sint tributaria, & affecta onere tributorum pro collectis de cetero imponendis: quia neque tunc ab vniuersitate seculari poterunt ecclesiae, vel clerici collectari pro praedijs, seu bonis, quae postea ad ecclesias, seu clericos perueniunt: quicquid dicat *Bart. in d. l. rescripto S. sciendum ff. de muner. & honor. qui in hoc communiter reprobatur, ut dicit Syluan. conf. 9. num. 29. & conf. 32. num. 11. Abb. in cap. fin. num. 13. de Vit. & bon. cleric. Thesaur. decis. 234. nu. 5. Guid. Pap. decis. 381. Azor. tom. 1. Instit. mor. lib. 5. c. 13. in princip. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 133. Rota in d. Brandusina coram Penia. huiusmodi enim statuta irrita sunt & nulla per l. privilegia. & a. ubi. cass. C. de sacros. eccles. cum non liceat oblique, ae***

per

per indirectum quicquam contra ecclesiasticam libertatem introducere *Azor. loco cit. & alij communiter.*

- 14 Quare tunc portio collectarum, quæ pro bonis in ecclesiasticos translatis erat soluenda, accrescit ceteris in eodem loco æstimatedis, & sic in damnum vniuersitatis; ad quæ spectat integræ collectæ soluere *Aretin. conf. 132. ante n. 2. Bero. conf. 150. sub n. 36. vol. 3.* hoc tamen damnum refarcitur, quando bona clericorum ex legitimo titulo deueniunt ad laicos: tunc enim subiiciuntur oneribus communibus, cum amplius ad clericos non pertineant *Sylvan. conf. 9. nu. 5. add. ad Thesaur. decis. 116. vers. ceterum*, quia mutata persona priuilegiū propter personam concessum extinguitur *l. 1. C. de Impo. lucrat. descript. Sperell. dec. 35. num. 32.*
- 15 Secus esset, si immunitas non de iure, sed priuilegio Principis, vel consuetudine ita obseruata, alicui competit: quia in tali casu cedere debet in damnum ipsius Principis; & ideo tantò minus debet soluere vniuersitas de eo, quod debet, quantum importat rata Immunitatis prædictæ *glos. in clem. 1. de Censib. Ricc. in Collect. dec. 3109. par. 7.*
- 16 Imponentes verò Clericis huiusmodi collectas, siue alia onera, vel illa iam imposta exigentes etiã à sponte dantibus incidunt in censuras, & pœnas bullæ Cœnæ *can. 18. Bellett. in tit. de exempt. cleric. & eorum d. bon. à muner. pub. l. 1. num. 5. & l. 2. num. 11. Ricc.*

in Prax. par. 2. ref. 183. Bonacin. de Censur. in part. disp. 1. q. 19. par. 1. num. 1. & seq. & alij recentiores communiter. secus si in impositione collectarum nulla facta esset mentio clericorum, & exactores indistinctè exigent tam à clericis quam à laicis; tunc enim tantum inciderent in excommunicatione contentam *in cap. quamquam de censib. in 6.* quæ non est reseruata, ut dicit *Navar. in man. cap. 27. nu. 61. & 128. & conf. 6. num. 8. de censib. Quarant. in ver. Vctigat. vers. ut autem.* & ideo quilibet Sacerdos approbatus præuia satisfactione potest absolueret *cap. nuper de sent. excom.*

- 17 Hac autem exemptione gaudet tam Clerici Beneficiati, & in sacris constituti, quam prima tonsura, vel minoribus ordinibus insigniti *Guid. Pap. decis. 83. Dian. p. 4. tr. 1. ref. 32.* etiam si non habeat requisita concilij *sess. 23. de ref. c. 6.* quia ibi Concilium solum abstulit priuilegium fori, non autem cetera priuilegia Clericis competentia de iure communi, ut declarat *Sacr. Congregatio teste Diã. par. 1. tr. 2. ref. 37. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 459. Garc. de Benef. par. 2. cap. 3. numer. 5. in fin. ex quo infert Ricc. loco citato Dian. ubi supra ref. 44.* quod etiam si Clerici non habeant animum permanendi in Clericatu, vel habitum assumperint in fraudem collectarum, adhuc à collectis essent immunes. Immo addit idem Ricc. *in Prax. ut supra par. 3. ref. 129.* quod neque hæreditas iacens Clerici potest collectari: quia dicitur hære-

- hereditas iacet, persona Clerici fingitur viuere: & ideo durat priuilegium.
- 19 **Hoc** e priuilegio fruuntur Regulares tam professi, quam nouitij; item Equites Hyerolimitani, ac S. Iacobi, Calatraua, & alia persona ecclesiastica, ac Deo dicatae *Barbos. in c. aduersus de Immunit. ecclies. & de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 13. num. 14. Dian. par. 1. tr. 2. ref. 38. & 50. Ricc. in Prax. par. 3. resol. 132. & par. 4. ref. 174. & alij.*
- 20 Supradictam tamen conclusionem limitant Doctores in Clerico coniugato, qui ad gabellas, & collectas tenetur *ex cap. vn. de Cler. coniug. in 6.*
- 21 Limitant 2. si Clerico legata fuerit res cum onere soluendi collectas; quia hoc etiam casu tenetur soluere, vel remdimittere *Felin. in c. Ecclesia Sancte Mariae num. 77. de constit. Azor. to. 1. Instit. mor. lib. 5. cap. 13. vers. secundo sciendum Ricc. in Prax. par. 3. ref. 133. Mart. de Iuris. d. par. 4. cas. 14. in fin. Vulp. in Prax. iudic. cap. 17. num. 14. idem dicendum, quando res venditur clerico cum tali onere: quia tunc onus istud habetur loco pretij, & ecclesia potest in se assumere hoc onus: dummodo non sit personale, ad quod ecclesia, & Clerici nullo casu compelli possunt *Carol. de Grass. eff. 3. num. 275. & seq. vnusquisque enim rei suae moderator est, & potest in ea imponere onera sibi bene visa l. in re mandata C. mandat. neque libertas ecclesiae in tali casu laeditur: quia ecclesia non est immunis a contractibus, sed tunc**
- lederetur, quando bona ecclesiarum, vel clericorum per statuta, seu leges laicorum Principum huiusmodi oneribus subiceretur *Mart. ut supra par. 4. cas. 14. nu. 7.*
- 22 Limitant 3. quando Princeps imponit collectam vassallis suis pro feudis, & locis, quae ab eo tenentur: tunc enim si Clericus ab eo feuda, aut loca teneat, pro illis teneretur soluere collectam *Ricc. ubi supra d. par. 3. ref. 133. Sbrozz. lib. 2. q. 26. num. 25. Barbos. in cap. verum. num. 5. de for. comp.*
- 23 Addit Ricc. loco cit. d. ref. 133. *Vulp. in Prax. Iudic. cap. 17. nu. 19. Thesaur. dec. 234. nu. 8.* quod Clericus succedens in bonis huiusmodi onere affectis tenetur soluere collectas praeteritas, vel remdimittere.
- 24 Infertur 2. quod regulariter Clerici non tenentur contribuere in expensis, quae fiunt in refectio-nurorum Ciuitatis, viarum, & pontium; quia haec etiam onera imponuntur personis pro rebus; nullo enim iure cauetur, fundos, seu bona ad huiusmodi onera esse obligata *Abb. in cap. non minus num. 18. versus fin. de Immun. ecclies. late Bollett. d. tit. de exempt. cle. & eorumdem bonor. & c. 9. 2. nu. 1. & seq. Bart. in l. ad Instructiones C. de Sacros. Eccles. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 13. numer. 6. Dian. par. 1. tr. 2. ref. 39.* ita etiam, quando in parlamenti praebet aliquod donatium Principibus saecularibus pro custodia Regni, reparatione Pontium, turrium, &c: non tenentur ad illud soluendum **Regulares, aut alij ecclesiastici**
Lezan.

- Lezan. in Suram. qq. Reg. to. 1. c. 11. num. 26. & alij plures apud Dian. par. 1. tr. 3. ref. 22.*
25. Contrarium tenent alij apud *Caualecan. decis. 44. nu. 100. par. 1. qui putant Clericos teneri ad onera, & expensas, quotiescunque tractatur de causa concernente communem utilitatem Clericorum, & laicorum:*
- Sed hæc opinio intelligenda est concurrentibus infrascriptis cõditionibus: quarũ prima est, vt adsit communis utilitas, vel necessitas: secunda quod onus sit tale, vt ad illud substinendum facultates laicorum non sufficiant: tertia, vt consentiat totus clerus simul cum Episcopo: quarta vt prius consulatur Romanus Pontifex: quinta vt Clerici ab Episcopo, non autem a ministris laicis ad huiusmodi onera compellantur *cap. non minus, & cap. aduersus & ibi DD. communiter de Immun. eccles. sexta, vt onus sit reale, vt decisum refert Barbof. d. par. 2. all. 13. num. 7.*
26. Obseruant tamen Doctores, ad hoc requiri necessitatem præcisã, cui aliter nec prouideri, nec occurrì possit, nisi Clerici cum laicis contribuant *Barbof. in d. capit. non minus num. 6. Caualecan. d. par. 1. decis. 44. nu. 100. vbi dicit, quod causa debet esse vrgens, & necessaria immediatè, nõ mediatè Rot. in d. Brundusina Gabelle 13. Febr. 1604. coram Penia.*
27. Obseruant 2. Ecclesiam, & Clericos solum teneri in subsidium, hoc est quando facultates Principis, & laicorum non essent per se sufficientes: & tunc ad illud residuum tenerentur Clerici pro eorum rata: nec sufficeret, quod opus concerneret publicam utilitatem, & etiam ipsius ecclesię, vel Clerici *Abb. in d. cap. non minus num. 18. Bero. conf. 31. nu. 13. lib. 1. Dian. par. 5. tr. 1. ref. 11. Caualecan. d. decis. 44. num. 100. tunc autem laicorum facultates non sufficere censendum est, quando laici propter gabellam imponendam cogentur se eis priuare, quæ quotannis sibi necessaria essent ad viuendum secundum cõuenientiam sui status, vt d. Menoch. apud Dian. par. 1. tr. 2. ref. 134. & par. 5. tr. 1. ref. 11.*
28. Obseruant 3. itã requiri consensum totius cleri, vt nõ sufficiat consensus Episcopi cum Capitulo: quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari *Bero. d. conf. 31. n. 13. lib. 1. Bellett. loco cit. §. 2. num. 10. Dian. d. par. 5. tr. 1. ref. 11. Rota in d. Brundusina coram Penia. verum si Clerici in casu vrgentis necessitatis consensum præstare nolint, sufficeret consensus Episcopi; & Princeps, seu Populus in tali euentu poterit officium superioris ecclesiasticæ implorare, vt clericos ad collectam soluendam compellat *Barbof. in d. cap. non minus numer. 6. vbi citat Menoch. conf. 800. num. 15. Bellett. d. §. 2. num. 9. Surd. conf. 301. n. 67. Carol. de Grass. de effect. Cler. off. 3. num. 241.**
29. Obseruant 4. quod si tanta esset necessitas, vt sine periculo, aut scandalo ad summum Pontificem recurri non possit, tunc sufficeret

con-

- consensus Episcopi, & Cleri *Vulp. in prax. iudic. cap. 17. numer. 12. & alij permulti apud Dian. par. 1. tr. 2. ref. 133. & par. 5. tr. 1. ref. 111. vbi etiam notat, quod hæc necessitas contingere potest in exactio- ne, quæ ad vnum actum, vel ad breue tempus fit; nam si longiori tempore sit duratura, necessa- riò consulendus erit Summus Põ- tifex ad huiusmodi oneris conti- nuationem.*
- 30 Obseruant 5. Clericos in hoc casu teneri ex vi directiua ratio- nis, non autem vi coactiua *Abb. in d. cap. non minus num. 18. de Immun. eccles. Purpurat. conf. 335. vol. 1. & cõs. 485. vol. 2. Bellet. d. 9. 2. num. 3. naturalis enim ratio om- nes ligat, vt d. S. T. bo. 1. 2. q. 95. ar. 2*
- 31 Vnde ecclesia, & Clerici tenen- tur etiam reficere, seu reparare viam ante domus suas *Purpurat. d. conf. 335. numer. 2. Bart. & alij cõmuniter in d. l. ad instructiones C. de Sacros. Eccles. Dian. par. 1. tr. 2. ref. 76. Vulp. in Prax. iudic. cap. 18. num. 7. item tenentur soluere mercedem saltuario, siue Cam- pario, qui custodit agros tam lai- corum, quam ecclesiæ *Bursat. conf. 42. nu. 15. vol. 1. Vulp. in Prax. iudic. cap. 17. nu. 11. vbi citat Matt. conf. 311. num. 1. & conf. 280. nu. 6. lib. 2. Castrens. conf. 424. lib. 2. Carol. de Grass. eff. 3. num. 371. & seq. & alios, & communem dicit Bellet. d. iit. de exempt. cleric. & eor. bon. & c. §. 6. vbi nu. 6. addit: quod tene- tur etiam ad solutionem onerum pro medico cõmunitatis, si eius opera vti voluerint, vel vfi fue- rint; hæc enim appellari non pos-**
- sunt onera, sed potius mercede- saltuarij, & Medici, ad quas om- nes tenentur de iure diuino *iuxta illud, dignus est operariu. mercede sua cap. 1. de sepult. clem. 2. §. verum eodem tit. in 6. in his tamen, & alijs similibus casibus cogendi sunt ab Episcopo vt d. Vulp. d. cap. 18. num. 7. & alij com- muniter.*
- 33 Ità etiam si Clerici mittunt animalia ad pascua communita- tis, cogi possunt ad soluendam, mercedem, prout alij, *Purpurat. conf. 324. n. 10. lib. 1. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 133. quemad- modum tenentur etiam pro dam- no dato ab eorum animalibus, Ricc. in Collect. dec. 165.*
- 35 Si verò pascua essent com- munita ciuibus, non posset Vni- uersitas prohibere, nè clerico- rum animalia ibi pascantur: quia etiam Clerici sunt ciues *Paul. de Cast. conf. 257. vol. 2. Soccin. Iun. conf. 80. Bertr. conf. 92. p. 3. quos re- fert Vulp. d. cap. 18. n. 11. & 12. vbi id extendit non solum ad Cleri- cos originarios, sed etiam ad alienigenas, qui habent ibi be- neficium curatum, aut residen- tiam requirens: quia tunc sortiū- tur domicilium *iuxta l. ciues C. de Incol. lib. 10.**
- 36 Infertur 3. quod clerici non tenentur ad militum hospitatio- nem, aut alimoniam, neque ad alia onera bellica non obstante, quauis consuetudine; hæc enim sunt onera mixta *cap. 1. vbi Abb. num. 4. de immun. eccles. idem Abb. in cap. non minus num. 17. eod. tit. Bart. in repet. l. placet in fin. C. de Sacros.*

Sacros. eccles. Nat. conf. 409. n. 3. & seq. tom. 2. Riminald. sen. conf. 740. n. 12. vol. 4. Bellett. d. tit. de exempt. cleric. & cor. bon. à muner. publ. §. 7. num. 1. idem dicendum est de gabellis, & alijs similibus oneribus elem. presenti ubi DD. de censib. Euerard. conf. 42. in princ. Azor. in stit. mor. par. 2. lib. 9. cap. 11. vers. in dubium vocatur.

37. Hæc autem immunitas hospitandi milites extenditur etiam ad clericorum familiam, fratres, aliosque coniunctos simul habitantes cum ipsis Clericis latè Car. de Grass. eff. 3. nu. 122. Surd. conf. 301. num. 80. vol. 3. Sperell. decis. 41. nu. 77. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 28. Dian. par. 4. tract. 1. resol. 32. quemadmodum immunitas à munere hospitij, & ab alijs muneribus publicis concessa Doctori ad eius fratres, & familiam extenditur Car. de Grass. loco cit. num. 125. Dian. ubi supra & alij per l. Medicos C. de profess. & Med. lib. 10. cuius dispositio procedit, etiam si talis Doctor actu non legat, cum textus indistinctè loquatur Guid. Pap. decis. 88. & ibi Add. litt. E. quãuis contrarium teneat Ricc. in Collect. dec. 3. 109. par. 7.
38. Ità etiam fratres, inter quos est Clericus, habentes patrimonium indiuisum non tenentur soluere collectam, seu gabellas: quia socius cõsequitur immunitatem ab oneribus concessam suo Consoncio glosin l. fin. C. de mun. & honor. lib. 10. Cephal. Conf. 661. nu. 78. lib. 5. Surd. conf. 301. num. 80. to. 3. Vnde maior habens rem communem cum minore ratione con-

xitatis ex illius persona gaudet restitutione in integrum' glosin l. vn. C. si in commun. eademq. causi. & c. Odd. de restit. in integ. q. 46. ar. 4. ver. in contrarium, ubi dicit, hæc esse magis communem Cephal. conf. 661. num. 76. lib. 5.

39. Hinc etiam fit, vt si laicus habeat rem communem cum ecclesia, non erit locus præscriptioni, nisi tantum temporis effluerit, quantum ad rem ecclesie prescribendam requiritur Ias. in l. emancipati nu. 17. C. de Collat. V. in dec. 521. num. 19. Nat. conf. 590. nu. 17. tom. 3. Surd. conf. 301. num. 83. vol. 3. neque laici ligantur statutis laicorum respectu iuris indiuidui, quod habent' cum clericis Aret. conf. 25. sub num. 3. vers. circa secundum Car. de Grass. eff. 2. num. 55.
40. Verum quia Clericus gaudere debet immunitate pro ea tantum parte, quæ ad illum spectat, vt d. Car. de Grass. eff. 3. nu. 186. Couar. pp. 99. cap. 34. nu. 2. idè Iudex ecclesiasticus ex officio cogere potest laicos ad diuidendum bona, vt sciri possit, quota sit portio, pro qua collecta est soluenda l. 2. C. Quan. & quib. quarta pars specul. in rubr. de cler. coniug. nu. 13. Mart. de iurisd. p. 4. cas. 12. sed ante factam diuisionem nemo soluere tenetur, neque facta diuisione tenentur ad onera præterita, sed tantum ad futura Nat. conf. 1. num. 10. & 11. tom. 1.
41. Vltimò notandum est, quod etiam clerico absente tales coniuncti, & familiares, quos ipse Clericus in sua domo alere consueuit, & eis teneretur, si præsens est

fer, alimenta præstare, huiusmodi immunitate à collectis, & gabel-
lis frui debent *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 329.* Et ita decisum per regiam audientiam Apuleæ refert *Vulp. in Prax. iudic. cap. 17. n. 3.* vbi etiam dicit, quod Camera summarie consuevit expedire prouisiones ad fauorem clericorum non solum pro familia, sed etiam pro omnibus, & quibuscunque colentibus prædia eorum.


42 Hæc autem cognitio, an priuilegium Clerici extendatur ad eius familiares, seu coniunctos, spectat tantum ad Iudicem ecclesiasticum, vt dicit *Ricc. in Prax. vt supra par. 2. ref. 393.* vbi etiam obseruat, quod quando emergit aliquod dubium circa priuilegium clericorum, recurrendum est semper ad Iudicem ecclesiasticum.

S V M M A R I V M.

2 Clericus Negotiator regulariter non excusatur à solutione gabellæ, limitatur num. 2. & seq.

C A P. VI.

Vtrum Clericus Negotiator teneatur soluere gabellam.

1  Clericus negotiator non excusatur à solutione gabellæ clem. presenti vbi glos. ver. non negociandi de Gensib. cap. quamquam vers. quas nõ causa negociandi eod. tit. in 6. Vnde tenetur ad omnium vestigaliũ

solutionem non secus ac laicus *Natt. conf. 139. num. 4. vol. 1. Car. de Graff. de eff. lib. Cleric. eff. 3. nu. 176. Bursat. conf. 42. num. 8. & 9. vol. 1. & alij communiter.* ita etiam si filcus aliquid adduci faciat gratia negociandi, ad gabellas tenetur *h. vniuersi C. de Vestig. al. Roland. conf. 61. num. 23. vol. 4.*

Dicitur autem negotiator, qui aliquid emit, vt vendat absque mutatione eius, *Nau. in man. c. 27. num. 128.* & ad hunc effectum requiruntur plures actus, ita vt nõ sufficiat se mel tãtũ emere, vel vendere, vt dicunt DD. quos refert, & sequitur *Barbos. de offic. & pot. Ep. par. 2. all. 13. num. 11.*

Hæc tamen conclusio limitatur primò, vt non habeat locum in rebus, quæ in clericorum, & eorum familiæ usum vehuntur, pro quibus ad pedagiorum, seu vestigalium solutionem Clerici non tenentur *Boss. in tit. de Princip. nu. 178. Bursat. conf. 42. num. 17. vol. 1.* quoniam vnusquisque etiam secularis de talibus rebus gabellam soluere non debet. *vniuersi C. de Vestig. al. & idem neque Clericus coniugatus in tali casu ad huiusmodi solutionem tenetur: quicquid dicat Bellott. tit. de exempt. Cleric. & cor. honor. à muner. publi. §. 6. nu. 2.* Vnde si statutum prohibeat, nõ extrahatur frumentum de comitatu, vel certo territorio, non intelligitur de eo, quod quis extrahit vsus sui] causa *Bart. in l. cetera §. sed & si quis num. 4. ff. de leg. 1. quem sequuntur communiter scribentes, vt d. Roland. conf. 71. vol. 14. 15. & 16. vol. 4.* & hæc procedunt etiam

- etiam quando à principio quis emeret causa sui vsus necessarij, licet propositum postea mutauerit *Nauar. in man. cap. 27. nu. 128. Franc. Marc. decif. 285. nu. 3. par. 1. aut reuenderet id, quod sibi superest, quamuis carius: dummodo tanti valeat tempore venditionis; hæc enim negociatio non ceteretur Vulp. in Prax. Iudic. c. 17. nu. 17. Franc. Marc. d. decif. 285. nu. 3. Roland. d. conf. 71. num. 19. vol. 4.*
- 3 Limitatur 2. in rebus ecclesiæ, de quibus non debetur pedagium etiam si aliquid fiat causa negotiandi, quia delictum clericorum non debet præiudicare ecclesiæ *glos. in cap. fin. ver. suis facultatibus de Vit. & honest. Cleric. Federic. de sen. conf. 207. nu. 1. vbi dicit, quod tex. in d. cap. quamquam, habet locum in rebus proprijs ipsorum clericorum Franc. Marc. dec. 286. num. 3. par. 1. Dian. par. 3. tract. 1. ref. 44. vers. nota etiam.*
- 4 Limitatur 3. quando Clericus non habens bona sufficientia ad victum emeret materiam rudem, & illam per artificium, & secundum regulam alicuius professionis, vel artis ad aliquam formam deduceret: quia tunc ad gabellam non tenetur: hoc enim casu non dicitur negotiatio, sed artificium, quod non est Clericis interdictam *c. clericus 91. dist. Federic. de Senis d. conf. 207. num. 2. & 3. Nauar. d. cap. 27. nu. 128. vbi de communi Bursat. conf. 42. nu. 9. vol. 1. secus esset, si emeret causa lucti, & reuenderet non mutata forma: quia tunc negociatio dicitur *c. eyciens 88. dist. Bursat. d.**
- 5 Idem dicendum est, si clericus aliena prædia conducere solueret certam fructuum, seu pecuniæ quantitatem: nam si ex necessitate id faceret, quia propria bona sibi, vel familiæ suæ non sufficerent, aliterque commode viuere nequiret, ad gabellam non tenetur *glos. in cap. peruenit ver. conductiones 86. dist. & in cap. dilecti ver. conduxistis de Decim. & est de mente omnium Doctorum. quemadmodum neque tenetur, si conductori succederet, & in illa conductione permaneret vsque ad præfinitum locationis tempus Syluest. in ver. Clericus 3. num. 2. Barbosa loco cit. num. 13. Quarant. in ver. Vectigal. vers. quæritur, si verò id faceret propter cupiditatem, & lucri causa, tunc ad gabellas tenetur: quia hoc clericis prohibetur in c. peruenit, & cap. placuit 21. q. 3. & d. Quarant. loco cit. Barbosa numero 12.*
- 6 Limitatur 4. vt non teneatur soluere gabellam, si clericus vendat vinum, oleum, frumentam, & similia ex rebus suis: quia neque tunc dicitur negotiatio *d. c. eyciens Abb. conf. 6. in fin. par. 1. Roland. d. conf. 71. num. 12. lib. 4. Dian. par. 5. tr. 1. resolutione 27.*
- 7 Hinc sacra Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporum præposita censuit, clericum non prohiberi, terras patrimoniales per laicos colere, & pro eisdem culturo vsu animalia necessaria emere, eorumque animalium factis pro sua, & familiæ sustentatione

vendere, nec propterea illicite negotiationis pretextu vexari posse, ut refert *Barbosi d. par. 2. all. 13. num. 11.*

- 8 Item si Clericus in suo fundo habeat venam ferrariam, eamq. aliò exportet, ut inde ferrum conficiat, & vendat, ad gabellas non teneretur: & idem esset, si alios proventus ecclesiasticos, vel sui patrimonij deucheret, ut illos alibi venderet *Navar. d. c. 27. num. 128. Barbosi loco cit. d. nu. 11.* secus esset, si emeret solam venam & aliorum ministrorum manibus conficeret, ut *d. Navar. loco cit.*

In hoc autem stari debet iuramento ipsius Clerici, vel eius nunciij asserentis, merces esse proprias, & ad sui usum vehi iuxta *glos. cõmuniter receptam in d. clem. presenti ver. non negotiandi de censib. Nav. cons. 4. num. 4. de Immun. eccles. Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 17. nu. 19. Lexan. in Summ. qq. reg. to. 1. c. 11. numer. 25.* ubi dicit, quod possunt Gabellarij exigere huiusmodi iuramentum, etiam à Regularibus: in casu vero controuersia non est ad eundem iudex laicus, ut male sentit *Boss. d. tit. de Princip. num. 178.* sed ecclesiasticus, ut probatur ex *d. clem. presentis & dicit Roland. d. con. 71. num. 25. lib. 4. Bellett. loco cit. §. 6. num. 1.*

Limitatur 5. secundum nonnullos DD. quando non præcessit trina monitio: hoc enim casu clericus non tenetur ad gabellas, neque ad pedagium, quamuis negotientur, ita *Abb. cons. 6. in fin. p. 1. qui dicit, id probari in cap. fin.*

*de Vit. & honest. Cleric. Franc. Marc. decis. 286. num. 3. par. 1. Dian. par. 1. tr. 2. ref. 47. & par. 3. tr. 1. ref. 44. sed contrarium videtur probari ex d. cap. fin. ibi, cum factò priuilegium abijciant clericale, & idè in rebus, in quibus sit negotiatio, ipso factò absque alia monitione amitti priuilegium, tenet *glos. in d. cap. fin. Feder. de Sen. cons. 207. n. 3. in fin. & alij communiter, & de communi usu, & praxi testatur Risco. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 133. ubi dicit, quod statim potest exigi gabella à Clericis, etiam si vnicum actum negotiationis exercent.**

S V M M A R I V M.

- 1 Coloni ecclesiarum, vel Clericorum non tenentur ad collectas, neque ad alia onera mixta.
- 2 Coloni, vel Conductores clericorum non possunt compelli ad hospitandum milites.
- 3 Quid si habeant etiam bona propria eorum nomine allibrata,
- 4 Coloni partiarij clericorum sunt immunes à collectis pro ea parte fructuum, quam ecclesia præstare tenentur, non tamen pro ea parte, que ad ipsos facta diuisione spectat.
- 5 An Conductor bonorum ecclesie sit immunis à collectis:
- 6 Quando gabellie censentur excessiue.
- 7 Principes seculares, qui plus ceteris grauant colonos ecclesiarum, vel Clericorum incurrunt in censuram bullæ Genæ
- 8 An coloni partiarij mensa episcopalis

- palis, ac S.R.E. Cardinalium
sint excepti ab exactionibus lai-
corum.
- 9 Coloni Clericorum sunt exempti
ab oneribus personalibus, & à
muneribus sordidis.
- 10 An ab his etiam excusetur emphi-
teuta ecclesie, vel Principis, seu
fisci.
- 11 Princeps secularis avertens cle-
ricorum colonos à cultura an-
incidat in excommunicationem
bulle Cœna,
- 12 An Emphiteuta ecclesie possit col-
lectari pro re emphiteutica.
An lex retractus locum habeat in
emphiteusi ecclesie ibidem.

C A P. VII.

An Coloni ecclesiarum & cleri-
corum sint immunes à mu-
neribus publicis.

Dico 1. colonos huius-
modi non teneri ad col-
lectas, neque ad alia
onera mixta pro præ-
dijs ecclesiarum, & clericorum:
tum quia huiusmodi prædia sunt
exempta: tum etiam quia alias
læderetur saltem indirectè liber-
tas ecclesiastica, ita Bart. in repet.
l. placet in fin. C. de Sacros. eccles.
Caualean. decis. 44. num. 100. par. 1.
Bellett. tit. de exempt. Cleric. & cor.
bonor. à muner. publ. §. 7. num. 1. &
alij communiter. vnde nec vale-
ret contraria consuetudo l. hi pe-
nes ubi Bart. C. de Agric. & Censit.
lib. 11. Leo in Thes. for. eccles. par. 1.
cap. 14. numer. 33. & seq. Sperell.

decis. 42. num. 1. præsertim quia
cum hæc onera indicantur perso-
nis pro rebus, ad ea non coloni,
sed Domini tantum, ac possesso-
res rerum tenentur Bellett. loc. cit.
Decian. cons. 51. nu. 14. lib. 3. Surd.
cons. 301. num. 90. lib. 3. Mart. de
Jurisd. par. 4. cas. 13. nu. 23. Ex quo
fit, vt grauari non possint, quan-
do Princeps laicus mandat sub-
ditis, vt quilibet iuxta agrum,
quem colit, reficiat viam, agger-
em contra vim fluminis reparet,
aqueductum effodiat, vel quid si-
mile; quia cum huiusmodi onera
respiciant rem ipsam, eiusque
conseruationem, & consequen-
ter imponantur personis pro re-
bus, spectant ad Dominum fundi,
non autem ad colonos Nat. cons.
409. sub num. 7. vol. 2. Thes. dec. 106
sub num. 14. alias per indirectum
Princeps secularis grauaret cleri-
cos; quia si coloni eiusmodi im-
pensas subirent, possent à Domi-
no repetere, si finita locatione
Domino commodè afferunt Bart.
in l. impense ff. de Impens. in reb.
dot. fact. & in l. prædia §. ita lega-
tum ff. de fund. instr. Ludou. dec.
Perus. par. 1. decis. 24. num. 9. Me-
noch. de Arbitr. Iudic. 215. num. 4.
lib. 2. Rolan. cons. 28. num. 24. lib. 1.
vel possent se conseruare indem-
nes per retentionem Bald. in
l. cum duobus §. si in coeunda
num. 2. ff. pro soc.

2 Ex his etiam inferitur, quod si
in agris, & domibus Clericorum
degant, non possunt compelli ad
hospitandum milites, Satellites
&c. quia id fieri nequit, nisi in-
consequentiam grauentur Cleri-
ci,

ci, eorumque bona, in quibus hospitalitas fieret. *Bald. in l. 1. numer. 2. C. de Episc. & Cler. Mart. de Iuris. par. 4. cas. 86. num. 4. Bellett. loc. cit. Gar. de Grass. eff. 3. nu. 126. Sperell. dec. 42. num. 15.* Vnde Sacri Congregatio Episc. & regul. sub die 9. Iunij 1617. prohibuit magistratibus secularibus, ne in domibus ecclesiasticarum personarum, etiam laicis locatas, milites hospitandi causa introducere presument, ut refert *Dian. par. 4. tr. 1. ref. 32.*

3. Limita, si ultra bona ecclesiastica, que colunt, habeant etiam bona propria eorum nomine allibrata; quia tunc ratione dictorum bonorum non excusantur a solutione onerum. *Bart. in d. l. hi penes in princ. Bellett. d. 9. 7. nu. 3. Nat. d. conf. 409. ante nu. 5.*

4. Dico 2. colonos partiaros clericorum esse etiam immanes pro ea parte fructuum, quam ecclesie prestare tenentur; quia huiusmodi fructus non sunt ipsius coloni, sed ecclesie, vel clericorum. *Feder. de Sen. conf. 11. l. nu. 10. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. nu. 35.* & alij communiter non tamen immunes sunt pro ea parte fructuum, que facta divisione ad ipsos colonos spectat: quia de ea indicatur uti de re prophana, cum amplius non sit ecclesie. *Boss. in tit. de Princip. num. 121. & 174. Nau. in man. cap. 27. num. 128. Nat. d. conf. 409. num. 6. & seq. Ric. in Collect. dec. 165. par. 1. Feder. de Sen. d. conf. 111. num. 10. Gemin. in cap. quamquam num. 11. de Censib. in 6. Surd. conf. 301. num. 29. lib. 3.*

Roland. conf. 61. nu. 15. vol. 4. Thes. dec. 116. nu. 10. Riminald. Sen. conf. 740. numer. 12. vol. 4. & alij apud Dian. par. 3. tr. 1. ref. 19. & hanc esse magis receptam sententiam dicit *Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. num. 37.* quemadmodum conductor, cui pro certa pecunia locati sunt fructus bonorum ecclesie, vel clericorum, eadem ratione tenetur ad collectas, seu gabellas pro fructibus recollectis. *Boss. loco cit. Guid. Pap. dec. 208. & alij apud Cavalcan. decis. 44. n. 97.* quod procedit etiam in conductore bonorum mensae Episcopalis etiam ad longum tempus, ut dicit *Sperell. d. dec. 42. nu. 21.* nisi collecta, & gabella essent ita excessiva, ut magna cum difficultate Ecclesie, seu Clerici inveniuntur colonos, seu conductores. *cap. vlt. de Immun. eccles. in 6. Feder. de Sen. & Gemin. locis cit. Sylvan. conf. 9. num. 7. Thesaur. decis. 116. num. 9. Vulp. in Prac. iudic. cap. 17. nu. 18.* quod remittitur arbitrio Iudicis ecclesiastici. *cap. si Index de sent. excom. in 6. Menoch. loco cit. n. 35. Purpur. conf. 594. nu. 10. in fin. lib. 2. censentur autem gabellae, seu collectae excessivae, quando coloni clericorum ultra modum, & plusquam coloni laicorum gravarentur ita, ut cogerentur Clerici locare minus, quam alij seculares. *Cavalcan. d. decis. 44. num. 98. Feder. de Sen. d. conf. 111. n. 10. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 572. num. 47. & tunc gabella solvenda non erit, cum in fraudem id factum censetur, idem Menoch. conf. 136. num. 25. to. 2. Bellett. loco cit.**

- 7 *cit. 6. 7. num. 5. Part. conf. 184. no. 9.* imo Principes seculares, qui plus ceteris grauant colonos ecclesiarum, vel Clericorum incidunt in censuram bullæ Cæne tamquam indirecte ledentes libertatem ecclesiasticam *Ugol. super. d. Bull. c. 18. ad ver. directe, vel indirecte par. 2. Quarant. in ver. vectigal. versitem huius Bullæ.*
- 8 Colonos verò partiaros mense episcopalis, ac S. R. E. Cardinaliū durante colonia esse exēptos ab exactiōibus laicorū resoluit Sac. Congreg. apud *Sperell. d. decis. 42. numero 21. & 22.*
- 9 Dico 3. quod coloni clericorū sunt exempti ab oneribus personalibus; & ideo non tenentur ad operandum cum bobus, & plaustris pro arcis fortificatione, arginumque, ac pontium reparatione, salisque vectatione *Riminald. sen. conf. 740. num. 12. vol. 4. Sylvan. conf. 9. per tot. Surd. conf. 301. num. 79. vol. 3. Decian. conf. 51. nu. 42. lib. 3. Lotter. de Re Benefic. tom. 1. lib. 1. quest. 31. num. 46. & seq. nec tenentur mittere equum, currum, vel quid simile *Surd. d. conf. 301. num. 90. vol. 3. quicquid ait. in Thesaur. dec. 116. nu. 5. Nat. conf. 409. num. 8. tam. 2. & alij. Itē**
- 10 a muneribus fordidis, de quibus in *l. maximarū. C. de excusat. mun. lib. 10. exempti sunt per l. 2. C. de Episc. & cler. a quibus etiam excusatur emphiteuta ecclesiæ *Menoch. de Arbitr. l. 2. cas. 562. num. 32. & 33. quemadmodum ea non tenetur subire emphiteuta fisci, & principis *l. fin. C. de d. it. de excusat. mun. & hæc opi-***

nio mihi valde probabili videatur, tum quia magis fauor religioni sunt persone *ff. de Relig. & sumpt. syn. tum quia a muneribus personalibus facile quis excusatur *l. placet. ver. munerum C. de suor. eccles. tum etiam quia tam ipsi coloni, quam boues, & equi sunt instrumenta fundi *l. instrumenta ff. de fund. instr. & ideo in his grauari non possunt coloni, quin per indirectum grauentur & clerici, cum eo casu non sine magno clericorum incommodo a cultura rerum ecclesiasticarum distraherentur; Vnde multi Doctores tenent, Principem secularem audentem clericorum colonos a cultura tempore presertim, quod prædia, & fruges opera indigent, & cultura, indirecte ledere libertatem ecclesiasticam impediendo Clericos, ne vtantur re sua, & incidere in excommunicationem, bullæ cæne Domini, ita *Surd. conf. 301. num. 84. to. 3. Leo in Thes. for. eccles. par. 1. cap. 14. num. 33. Quarant. in ver. vectigal. versitem huius bullæ *Cauaban. d. dec. 44. n. 100. par. 1. Sylvan. conf. 9. num. 12. Burfat. conf. 42. num. 20. vol. 1. Menoch. conf. 136. num. 15. lib. 2. Paris. conf. 26. num. 10. & seq. vol. 1. Lotter. de Re Benefic. tom. 1. lib. 1. q. 31. numero 48.*****

12 Dico 4. quod emphiteuta ecclesiæ potest coactari pro re emphiteutica, deducto onere; quia res iudicatur propria illius, penes quem reperitur: dominiū enim vtile emphiteuta est quid separatum a dominio directo ipsius Clerici, & ecclesiæ; & ideo

de

de laici tantum, non ecclesie præiudicio tractatur *Surd. conf. 338. num. 14. lib. 3. Purpurat. conf. 332. num. 4. vol. 1. & conf. 594. num. 1. & seq. vol. 2. Bald. conf. 31. num. 2. vol. 1. Bellet. loco cit. §. 8. num. 5. Alex. conf. 101. num. 11. lib. 1. & banc. esse communem dicit Valasc. in tr. de iur. emphit. q. 17. num. 11. & seq. & veriore, ac magis receptam dicit Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. num. 31. Thesaur. dec. 116. num. 8. & ibi Add. vers. ceterum dixi, deducto onere, quia in catastro, & æstimo bonorum emphiteoticorum debet haberi ratio pensionis, quæ præstatur Domino directi, vt tanto minus ipse emphiteuta soluat pro æstimo, vt d. Menoch. d. cas. 562. n. 29. Bellet. vt sup. nu. 5.*

Ex quo infertur, quod licet ad præscribendam rem cuiuslibet ecclesie requiratur spatium 40. annorum *cap. de quarta ex. de Præscript. & aduersus Romanam centum Auth. vt ecclesia Rom. & c. tamē contra earūdē ecclesiarum Vassallos, vel emphiteutas ad præscriptionem vtiles eorum dominij sufficit tempus commune, quod aduersus quoslibet priuatos sufficeret Alex. conf. 169. num. 3. vers. sed præmissi non obstantibus vol. 2. & alij apud Valasc. d. q. 17. nu. 13. vbi etiam addit, quod lex retractus habet locum etiam in emphiteusi ecclesie, & ita etiam tenet Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 3. nu. 3. & latius glos. 13. num. 8. Alex. conf. 27. num. 5. lib. 6.*

Contrariam tamen sententiam tenent alij graues Doctores per l.

priuata *C. de excusat. mun. lib. 10.* vbi prædia emphiteotica Principis, seu fisci ab extraordinarijs præstationibus eximuntur; & ideo putant, hæc etiam immunitate gaudere emphiteutam ecclesie, cum fiscus, & ecclesia à pariprocedant, ita *Bart. in d. l. priuata n. 2. Cassan. in cōment. ad Consuet. Burgun. rub. 4. §. 6. in textu, ibi, & ferat medietatem onerum num. 6. vers. et intellige prædicta Syman. conf. 9. n. 9. vers. his tamen minimè obstantibus, & num. 17. & 18. Ruin. conf. 111. num. 10. lib. 5. Leo in Thesaur. for. eccles. par. 4. cap. 1. num. 90. & communem dicit Cenall. in specul. opinion. commun. con. commun. q. 726. & alij apud Bellet. d. §. 8. numero 5.*

S V M M A R I V M.

- 1 Emptores fructuum ecclesie regulariter non gaudent immunitate à gabellis:
- 2 Emptores fisci ad vectigalia, & gabellas tenentur:
- 3 Declaratur supradicta cōclusio.

C A P. VIII.

An, & quando ementes ab Ecclesia, seu clericis sint immunes à gabellis.



Vanius ecclesia, & Clerici sint, pro fructibus perceptis ex proprijs bonis, immunes à gabellis, veteri-

gualibus, & alijs oneribus, tamen emptores fructuum non gaudent hac immunitate: quia mutatione personę extinguitur priuilegium, quod cum sit personale quoad Clericos, non egreditur illorum personas *glos. in clemen. presenti ver. non negotiandi de Censib. Bart. in l. licitatio §. fin. ff. de Publica. & vectigal. Surd. cōf. 301. ante num. 90. lib. 3. Thesaur. decis. 116. num. 6. Syluan. cōf. 9. num. 7. Roland. cōf. 61. num. 5. & seq. vol. 4. Io. de Amic. cōf. 18. nu. 3. & seq. Guid. Pap. decis. 208. & est communis opinio, ut testatur Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 13. n. 12. ubi plures refert, & hanc esse communem dicit Bellett. tit. de exempt. Cleric. & cor. honor. à muner. publ. §. 8. num. 2. ita etiam licet fiscus sit immunis à solutione vectigalium *l. licitatio §. fiscus ff. de Publican. & vectigal.* hęc tamen immunitas non transit ad singulares
 2 successores habētes causā à fisco: & idcō emptores fisci ad vectigalia, & gabellas tenentur *d. l. licitatio §. Mercatores Io. de Amicis d. cōf. 18. n. 4. & 5. Roland. d. cōf. 61. n. 6. vol. 4.* Vnde idem dicendum est in ecclesia, quę fisco comparatur *l. Re-publicam C. de iure Reip. lib. 11. Io. de Amicis d. cōf. 18. nu. 16.*
 Et hoc procedit, quando collecta, seu gabella soluenda est ex actu separato ab emptione, puta si emptor deferat rem emptam per loca, ubi soluitur gabella: tūc enim emptor tenetur ad gabellas:
 3 quia factum emptoris nihil habet commune cum facto venditoris *l. licitatio §. mercatores ff. de publi-**

can. & vectigal. secus quando gabella soluenda est pro ipso actu connexo, seu pro ipso contractu celebrato cum clerico, puta si statutam dicat, quod soluantur duo solidi pro qualibet libra pretij rei quę emitur, & venditur: tunc enim emptor rei ecclesię ad nihil tenetur: quia per indirectum esset cōtra libertatem ecclesię, quā hoc casu minoris vederet res suas ita distinguit Bald. cōf. 31. nu. 2. vol. 1. quem sequitur Io. de Amic. d. cōf. 18. num. 13. & seq. Roland. cōf. 61. nu. 18. & seq. Menoch. cōf. 136. num. 19. lib. 2. Bellett. loco citato §. 8. num. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Capitulum super rebus, & negotijs ad ecclesiam spectantibus potest leges, & statuta condere.
- 2 Hoc tamen ius statuendi non competit beneficiatis.
- 3 Declaratur supradicta conclusio.
- 4 Capitulum non potest statuere quod aliquid detur Canonicis pro admissione ad possessionem Canonicatus.
- 5 Episcopus non potest quicquam accipere pro collatione Canonicatus, vel alterius beneficij.
- 6 An validum sit statutum Capitulare, quod non admittantur ad Canonicatum descēdentes ex Hebreis, aut hereticis.
- 7 Valeret statutum, seu consuetudo, ut aliquid detur ab obtinentibus Canonicatum in sacristia vsus conuertendum, secus si esset conuertendum in reparatio-

- nem prædiorum Capituli. 22 An capitulum possit dispensare in casibus pontificijs in casu necessitatis.
- 8 An possit Capitulum modum præscribere circa quotidianas distributiones. 23 An possit procedere in casu hæresis contra exemptos.
- 9 Quando sufficiat consensus maioris partis, & quando requiratur consensus singulorum: 24 Item an possit cognoscere causas matrimoniales.
- 10 Quando possit Capitulum imponere onus præbendis vacaturis. 25 An Vicarius capituli possit concedere monitoria ad finem revelationis.
- 11 Capitulum sede vacante succedit in ijs omnibus, quæ ad ordinariam Episcopi iurisdictionem spectant, nisi expressè prohibita reperiantur. 26 Item an huiusmodi monitoria concedere possint inferiores ordinarij habentes episcopalem iurisdictionem.
- 12 Capitulum sede vac. potest synodum congregare, & condere statuta distringentia totam Diocesim. 27 An Prælati inferiores possint cognoscere causas matrimoniales. Quomodo probetur immemorabilis.
- 13 Capitulum sede vac. debet de necessitate vocari ad Concilium provinciale. An Abbas, qui iura episcopalia, & proprium territorium habet, cognoscere possit causas matrimoniales, ibidem.
- 14 An Capitulum sede vac. possit concedere indulgentias. 29 In ijs, quæ sunt ordinis episcopalis, Capitulum non succedit, potest tamen ea committere alteri Episcopo.
- 15 Capitulum potest facere gratias.
- 16 Quando possit Capitulum Diocesim visitare. 30 Capitulum infra annum non potest dimissorias ad ordines concedere, nisi ijs, qui occasione beneficij recepti, vel recipiendi arctati fuerint iuxta Tridentinum.
- 17 An Capitulum ecclesie Cathedralis succedere possit in potestatem Prælati defuncti: 31 An pœna in Tridentino expressè incurrantur, si concedantur dimissorias ad primam tonsuram.
- 18 An vacante titulo Cardinalatus Capitulum illius ecclesie succedat in potestatem Cardinalis defuncti. 32 An capitulum, vel Vicarius excusetur à supradictis pœnis, si is, qui obtinuit dimissorias, illis non utatur.
- 19 An Capitulum ecclesie Cathedralis succedat in iurisdictionem Episcopo delegatam. 33 An dispositio Tridentini locum habeat in Vicario Papæ.
- 20 An possit Capitulum visitare Monasteria Sanctimonialium exempta.
- 21 An capitulum sede vacante possit dispensare in irregularitatibus, suspensionibus &c. 34 Et an procedat in Vicarijs Episcoporum deputatis à Papa.

- 33 Qui dicantur archatati. conferre non potest, limitatur
 36 Electus in concursu ad beneficiū
 caratum, cuius collatio facien-
 da est à Papa, an interim dica-
 tur archatus. nu. 47: & 48.
 37 Et an dicatur archatus is, cui
 aliquis vult resignare beneficiū
 requirens actu ordinem, quod
 caret. 49 An Capitulum possit beneficia ad
 tempus commendare.
 38 Quando Capitulum liberè possit
 concedere dimissorias. 50 An Capitulum possit dispensare
 cum illegitimis ad simplex be-
 neficiū, & ad ordines mino-
 res.
 39 An Capitulum possit intra annū
 concedere litteras testimoniales
 de vita, & moribus, & quid ser-
 uetur de stilo Curia. 51 An possit Capitulū beneficia uni-
 re:
 40 Ordinatus ad minores ordines,
 seu primam tonsuram intra an-
 num vacationis cum dimissorijs
 Capituli an possit obtinere bene-
 ficium. 52 In quibus casibus ecclesia episco-
 palis vacare censeatur.
 41 Quid si aliquis obtinuit faculta-
 tem à Sede Apostolica suscipien-
 di ordines cum licentia sus Or-
 dinarij. 53 Capitulum infra octo dies à die
 scientie vacationis constituere
 debet Vicarium habentem qua-
 litates à Concilio prescriptas,
 alias electio deuoluitur ad Me-
 tropolitanum.
 42 An possit Capitulum intra an-
 num concedere licentiam alicui
 Episcopo, ut in ea Diocesi ad
 ordines promoueat alienos sub
 ditos, vel habentes dimissorias
 Episcopi defuncti. 54 An facta deuolutione sit locus
 purgationi mora.
 43 An facultas remittendi intersti-
 tia transeat in capitulum sede
 vacante. 55 Quid si Vicarius à Metropolita-
 no electus decedat, vel renun-
 ciet.
 44 Quando subditi alicuius Episco-
 pi, vel Capituli possint recipere
 ordines ab alijs vicinis Episcopis
 absque licentia proprij Episcopi,
 vel Capituli. 56 Durante termino octo dierum ad
 eligendum Vicarium prefixo nō
 Archidiaconus, sed totum Ca-
 pitulum administrat.
 45 Capitulum concedens dimissorias
 ad ordines sacros non habenti
 unde viuat, tenetur illi prouid-
 dere, sicut tenetur Episcopus. 57 Quid si adesset priuilegium, vel
 consuetudo, quod Archidiacono-
 nis, vel alius substineat vicem
 Capituli intra dictos octo dies.
 46 Capitulum sede vacante beneficia 58 An in electione Vicarij seruanda
 sit forma cap. quia propter de-
 elect. vel Concilij Tridentini ses.
 25. de Regul. cap. 6.
 59 Quando electio, & alij actus ca-
 pitulares possint expediri etiam
 si due partes Canonorum non
 sint presentes.
 60 Soli Canonici habent vocem in
 electione Vicarij, non autem
 alij, etiam si de consuetudine
 haberent vocem in Capitulo

coram Canoniciis.

- 61 Nullitas electionis Vicarij proponi debet coram superiore Capituli, non autem coram Capitulo.
- 62 Idoneus de gremio Capituli ceteris in huiusmodi officio est preferendus.
- 63 Si Capitulum eligit non Doctorem, quando haberi potest Doctor canonum, electio est nulla.
- 64 Electio de Theologo omisso Canonista similiter inualida est.
- 65 Quid si in Capitulo Doctores non sint.
- 66 Quis preferri debeat, si plures à Canoniciis ad hoc officium fuerint electi.
- 67 Capitulum eligere potest in Vicarium Capitularem Canonicum eiusdem ecclesie, qui in eadem ciuitate, & ecclesia curam quoque gerit animarum.
- 68 Capitulum absque causa approbanda à Sac. Congregatione non potest amouere Vicarium Capitularem, nisi forte electus fuerit ad tempus.
- 69 Vicarius Capitularis in actibus publicis cedere debet digniorem locum primæ dignitati.
- 70 An Vicarius Capitularis simpliciter electus possit ea expedire, quæ requirunt speciale mandatum.
- 71 An Vicarius possit visitare Diocesim, vel concedere dimissorias.
- 72 Professio fidei sede vacante facienda est coram Vicario Capitulari.
- 73 Capitulum potest in actu electionis Vicarij certos casus reseruare.
- 74 Quando eligi possint plures Vicarij.
- 75 Vicarius Capitularis potest procedere contra singulos de Capitulo, nequit tamen totum capitulum suspendere, vel interdicare.
- 76 Quando expiret Iurisdictio Vicarij.
- 77 Ad quem spectent emolumenta ex iurisdictione prouenientia vacante sede.
- 78 Vicarius Capituli habere debet salarium ex bonis ecclesie vacantis.
- 79 An Capitulum, seu Vicarius Capitularis possit omnes licentias audiendi confessiones Regularibus concessas suspendere.
- 80 Vicarius Capituli finito officio tenetur reddere rationem suæ administrationis nouo Episcopo.
- 81 Vicarius Capitularis an possit admittere renunciationem faciendam per Nouitium intra duos menses ante professionem iuxta Tridentinum.
- 82 Et an illam admittere possint Abbates, & alij Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem.

CAP. VLT.

De Priuilegijs Capituli Ecclesie Cathedralis.

§. I.

An Capitulum Ecclesie Cathedralis possit condere statuta.



Capitulum de iure communi super rebus, & negotijs ad ecclesiam spectantibus.

- Cantibus, & pro ipsius tranquillo regimine potest leges, & statuta condere etiam sine consensu Episcopi *cap. cum omnes de Constit. Barbof. de offic. & pot. Episcop. par. 3. alleg. 93. num. 26. Marcell. Vulp. in Prax. Iudic. c. 44. n. 16. Layman. in Theolog. mor. ir. 4. c. 7. §. 4. n. 10.* vbi id extendunt etiam ad Capitulum Ecclesie collegiate *Bonac. to. 1. in tract. de Hor. canon. disp. 2. q. 5. pun. 5. n. 2. Rota dec. 76. n. 1. & seq. par. 7. Recent.* vbi etiam resoluit, hoc ius statuendi spectare tantum ad Capitulum, non autem ad Beneficiatos, etiam si inter ipsos, & Capitulum in aliqua communis esset utilitas, siue ipsis competeret administratio eiusdem rei: quia Beneficiati reputantur tamquam ipsius Ecclesie serui *iuxta cap. penult. de Cler. non resist. quod intellige, dummodo statuta licita, & iusta sint, & non concernant statum vniuersalis ecclesie, neque sint Episcopo preiudicialia, ut dicit Gios. communiter recepta in cap. 2. §. ceterum ver. Statutum de verbor. sign. in 6. Barbof. loco cit.*
- 2 Vnde non posset statuere, quod aliquid Capitulo, aut Canonicis soiuatur pro admissione ad possessionem Canonici, hoc enim est prohibitum per constitutionem Pij V. *incip. Durum nimis, quam refert Piafec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 4. num. 51. & constat. etiam ex Concilio Tridentino sess. 24. de ref. cap. 14. quemadmodum neque*
- 3 Episcopus potest quicquam accipere pro collatione Canonici, vel alterius beneficii non obstante quacunque consuetudine etiam immemorabili, ut colligitur ex Concilio loco cit. & notat Barbof. de Canon. & Dignit. cap. 15. nu. 25. Piafec. in Prax. par. 2. cap. 5. nu. 28. vbi refert, ita Sac. Congregationem declarasse; neque validum esset statutum capitulare, quod non admittantur ad Canonicatum descendentes ex hæbreis, aut hæreticis: quia hoc quoque esset contra ius commune, ut in cap. eadem de Rescript. nisi fuerit auctoritate Apostolica confirmatum.
- 7 Valeret tamen statutum, seu consuetudo, ut aliquid detur ab obtinentibus Canonicatum in Sacristia, vel Ecclesie utilitatem, aut alios pios vsus conuertendum ex Concilio Tridentino loco cit. & dicta constitutione Pij V. secus, si conuertendum esset in restaurationem, vel reparationem prædiorum, aut bonorum Capituli: quia tunc cederet in utilitatem singulorum, ut resoluit Sac. Cong. teste Barbof. de cap. 15. num. 26. & 29.
- 8 Addit Bonacin. loco cit. quod potest Capitulum modum præscribere circa quotidianas distributiones, quo videlicet pacto facienda sit distributio: & quota distributionum pars cuilibet horæ assignanda sit *iuxta cap. ex litteris de Constit.*
- 9 Ad eiusmodi autem statuta sufficit consensus maioris partis etiam si statuatur de Reditibus spectantibus ad singulos, iure tamen Collegij, seu capituli, dummodo in hoc casu utilitatis, vel necessitatis ratio concurrat: vel si id

con-

consuetum sit prouideri per collegium; secus dicendum in ijs, quæ sunt voluntaria, in quibus debent omnes consentire, *vt decisum refert Risc. in Collect. decis. 3377. par. 8. Layman. tr. 4. c. 7. §. 4. num. 10.*

Nec sufficeret maior pars capituli ad statuendum contra id, quod fuit diu obtentum; nec contra constitutionem antiquam, vel priuilegium, seu exemptionem; tunc enim vnus solus potest contradicere, atque impedire; quia in tali casu agitur de interesse singulorum, cui præiudicari non potest per consocios, *vt dicit Riccius loco cit.* Neque potest maior pars Capituli cōcedere, vt qui non habet vocem in Capitulo, illam habere possit; nisi consentirent omnes ita, vt nullus discrepet. *Marcell. Vulp. in Prax. iudic. cap. 13. numer. 34.*

10 Addit Vulp. loco cit. cap. 39. n. 11. quod capitulum accedente Episcopi consensu potest condere statuta etiam de rebus extra statum Capituli, atque honestum onus imponere præbendis in posterum vacaturis in præiudicium futurorum canonicorum *iuxta c. significatum de Præb.*

S. II.

An Capitulum Ecclesie Cathedralis sede vacante succedat in totam Episcopi Iurisdictionem.

11 **C**ommunis est sententia, quod Capitulum sede vacante suc-

cedit in ijs omnibus, quæ ad ordinariam iurisdictionem, & administrationem Episcopi tam in spiritualibus, quam temporalibus pertinent, etiamsi essent talia, quæ requirent speciale mandatum Episcopo viuente, nisi expressè prohibita reperiantur *cap. cum olim. vbi glos. in ver. capitulo de Maior. & obed. cap. ad abolendam de Heret. c. 1. & ibi glos. in ver. Episcopum de Instit. in 6. glos. in c. quia sepe ver. reseruari de elect. Et in 6. Quarant. in ver. Capitulum sede vacante in princ. Dian. par. 8. tr. 4. ref. 1. & ref. 31. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 36. nu. 9. & 10. & par. 3. all. 132. numer. 21. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 506. & par. 2. ref. 118. Nau. conf. 44. nu. 1. de Tempor. ordin. Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 29. num. 8. & alij: quod procedit, siue huiusmodi iurisdicctio competat de iure communi, siue de consuetudine: siue sit contentiosa, vel necessaria, siue sit voluntaria, *late Quarant. loco cit. & alij permulti apud Dian. par. 8. tr. 4. ref. 1. 3. 18. & 19.**

12 Hinc infertur 1. quod Capitulum potest synodum congregare, & condere statuta super statu Ecclesie distringentia totam Diocesim, quæ durant etiam in tempus futuri Prælati, etiamsi talia statuta essent contraria constitutionibus synodalibus, vel alijs statutis Episcopi defuncti *Quarant. loc. cit. quest. 4. Megal. in ver. Capitulum sede vacante nu. 9. Dian. par. 8. tr. 4. ref. 22. & alij, quos refert. & sequitur*

- zur Barbof. de offi. & pot. Epif: p. 3. all. 93. num. 4. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 3. ref. 445.*
- 13 Infertur 2. quod si tempore celebrationis Concilij prouincialis vacaret sedes, Capitulum ecclesie Cathedralis, cum succedat in iurisdictionem, debet de necessitate vocari, & potest comparere per Vicarium generalem cum speciali mandato dandi votum decisium *Piafec. in Prax. Epif. p. 2. cap. 2. vers. habet autem Vulp. in Prax. iudic. cap. 34. num. 7.*
- 14 Infertur 3. quod Capitulum sede vacante potest concedere indulgentias, quas de iure communi Episcopus potest concedere, *iuxta cap. cum ex eo de Pœnit. & remiff. hæc enim facultas pertinet ad potestatem iurisdictionis Sylu. in ver. Capitulum q. 10. & hanc veriorum dicit Megal. in ver. capitulum sede vacante num. 6. quin etiam Vicarius Episcopi potest illas concedere, si ad id habeat mādātum speciale, vt post alios dicit Bonacin. de sacram. disp. 6. q. 1. pun. 3. num. 10. & seq. vbi addit, Episcopum posse hanc facultatē clerico demandare; alij tamen censent, potestatē cōcedendi indulgentias, & si pertineat ad clauem iurisdictionis, reseruatam tamen esse episcopali dignitati, itā DD. apud Barbof. de offi. & pot. Epif: p. 3. all. 88. numero 21. Bonacin. loco citato numero 23.*
- 15 Infertur 4. quod capitulum potest facere gratias, ac remittere pœnas per Episcopum defunctum impositas *Quaran. vbi supra in princ. Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 316. vbi citat Panorm. in cap. cū olim. de maior. & obed. Innocen. & Hostiens. in cap. ad abolendam de Heret. Feder. de Sen. conf. 130. idē dicit Vulp. in Prax. iud. capit. 44. num. 26.*
- 16 Infertur 5. quod si lapsus fuerit annus a postrema Episcopi visitatione, nec de proximo ecclesia de pastore esset prouidēda, potest capitulum visitare Diocesim, & exigere procuraciones debitas a visitatis, etiam si sedes episcopalis quasi vacet, puta si Episcopus ab hostibus, seu paganis captus sit *Ricc. in Prax. vt supra par. 1. ref. 543. & alij communiter.*
- 17 Addunt alij, quod Capitulum ecclesie etiam nō cathedralis succedit in potestatem Prælati defuncti, si potestas aliqua illi competeat ratione Prælaturæ, præsertim vbi talis esset consuetudo *Abb. in cap. bis, qua num. 3. de maior. et obed. & ibidem Felin. quos refert Megal. in ver. capitulum sede vacante nu. 18. vbi etiam dicit, quod vacante titulo Cardinalatus capitulum illius ecclesie succedit in potestatem Cardinalis defuncti excepta auctoritate corrigendi, excommunicandi, & suspendendi, quæ pro bono pacis summo Pontifici reseruat, vt in d. cap. bis qua 9. quando autem.*
- 18 Sed dubium est, an Capitulum succedat in iurisdictionem Episcopo delegatam? in quo distinguendum est: aut enim a iure communi, seu a Sac. Concilio Tridentino datur facultas Episcopo, vt procedat tamquam delegatus sedis apostolicæ, vel apostoli-

ca auctoritate, & in hac facultate capitulum sede vacante non succedit *Garc. de benef. par. 5. cap. 7. num. 48. Barbof. d. par. 3. all. 92. nu. 17. & ita intelligendi sunt alij Doctores apud Quaran. in ver. Capitulum sede vacante in princ. Megal. in eadem ver. nu. 3. Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 1. q. 16. quod probatur ex cap. pastoralis §. praterea de offic. Ind. ordin. vbi mortuo Episcopo delegato expectatur successor, & non recurritur ad Capit. Vnde neq. Cap. neq. Vicarius Capitularis potest expedire dispensationes matrimoniales, neque alias causas à sede apostolica delegatas Episcopo, seu eius Vicario, ut d. Quaran. loco cit. quest. 3: Megal. in ver. Capitulum sede vacante n. 2. & 7. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 274. & ita resoluisse Sac. Cong. refert Barbof. de Canon. & Dignit. cap. 42. num. 58. & 102. etiam si directæ sint officiali, seu Vicario simpliciter dicendo, V. Gr. officiali, seu Vicario Veliterno, quia tunc intelligitur tantum de officiali, seu Vicario Episcopi, & non capituli, attento etiam filo Curia, & Cancellaria, quæ non dirigit huiusmodi dispensationes, seu litteras officiali Capituli, sed Episcopo viciniore, ut observat etiam Dian. par. 8. tr. 4. ref. 66.*

Hanc tamen conclusionem limitant Doctores, vbi adesset necessitas, vel utilitas causam expediendi, veluti cum agitur de sedandis inimicitijs, vel alia simili causa *Pauin. de Potest. Cap. par. 1. q. 10. sub. num. 4. quem refert Quaran. in ver. capitulum sede vacante,*

& alij apud Garc. de Benef. par. 5. cap. 7. num. 46. & apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 226.

Aut in tali concessione adijcitur particula, etiam, veluti cum dicitur, etiam tamquam sedis apostolicæ delegatus, vel etiam auctoritate nostra, & tunc quia Episc. vltra delegatam retinet etiam facultatem ordinariam, in ea utriusque capitulum succedit *Garc. d. p. 5. cap. 7. num. 47. Barbof. d. par. 3. all. 92. num. 17. Vulp. in Prax. iudic. c. 44. numero 9.*

Idemque dicendum est, si in concessione remouentur obstacula exemptionis, & priuilegiorum, veluti si dicatur, non obstantibus exemptionibus, seu priuilegijs, ut in *Conc. Tridentino sess. 5. de ref. cap. 2. & sess. 7. cap. 5. & 7. & in Clem. 1. de testam. & in clem. 1. de sepult. ita Barbof. d. all. 92. num. 15. 16. & 17. vel quando à iure, vel Concilio muneris, seu dignitati Episcopali aliqua potestas perpetuò, & simpliciter datur: tunc enim etiam Capitulum in talem iurisdictionem succedit: supposita enim perpetuitate huius delegationis talis iurisdic. censetur pars totius iurisdictionis episcopalis. *vn. de maio. & obed. in 6. Barbof. vbi supra Cened. in collect. ad ius Canon. 3. par. collect. 4. num. 3. & in pp. qq. q. 26. num. 28. vers. ego tamen Rodriq. qq. Canon. & Regul. tom. 1. q. 61. art. 9. vers. nec simile est, & alij apud Dian. par. 7. tr. 2. ref. 3. & par. 8. tr. 4. ref. 2. & 7. Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 1. numero 16.**

20 Hinc inferunt Doctores, quod po-

potest capitulum per se, vel per alium visitare etiam monasteria Sanctimonialium exempta, ac sedi apostolicæ immediatè subiecta: quemadmodum poterat Episcopus: quia hæc iurisdictio in perpetuum delegatur episcopali muneris per *clm. attendentes in princip. de Stat Monach. & ex Concilio Tridentino sess. 25. de regul. cap. 9. & tradunt Doctores apud Barbos. de canon. & dignit. cap. 42. nu. 70. & 107. & de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 133. num. 19. & seq.*

21 Inferunt 2. quod Capitulum sede vacante eadem ratione potest dispensare super irregularitatibus, suspensionibus &c. iuxta decretum Concilij Tridentini *sess. 24. de ref. cap. 6. ut dicit Dian. par. 7. tr. 2. ref. 3. & par. 8. tract. 4. ref. 7. latè Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 39. num. 16. Piafec. in Prax. episc. p. 2. cap. 1. num. 16. Garc. de benef. p. 5. cap. 7. num. 41. Megal. in ver. capitulum sede vacante num. 2. & 8. Vulp. in Prax. iudic. cap. 44. num. 9. & ità censuit Sac. Congregat. Concilij teste Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 466. & par. 2. ref. 118. & par. 3. ref. 265. & in collect. decis. 721. par. 3. contra Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 5. pun. 1. num. 7. & alios:*

22 Inferunt 3. posse Capitulum etiam dispensare in casibus Pontificijs in casu necessitatis, quando non est facilis recursus ad Papam, quemadmodum potest dispensare Episc. quia iurisdictio, seu potestas, quam habet Episcopus dispensandi in legibus Pontificijs in casu necessitatis, censetur ordinata, cum sit annexa perpetuò Epi-

scopali dignitati *Sansb. lib. 2. de Matrim. disput. 40. num. 14. Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. num. 12. quos refert Dian. d. par. 8. tract. 4. resolutione 9.*

23 Inferunt 4. quod potest procedere in casu hæresis etiam contra exemptos: quia hæc etiam potestas perpetuò delegata est episcopali dignitati *in cap. ad abolendam de Hæret. & ità seruari dicit Dian. d. par. 8. tract. 4. ref. 37.*

24 Inferunt 5. posse Capitulum cognoscere etiam causas matrimoniales *per c. veniens de eo qui dux. in matrim. Quarant. loco cit. quest. 5. & alij apud Dian. par. 8. tr. 4. resolutione 22. qui dicunt, per Concilium Tridentinum sess. 24. de ref. cap. 20. vers. ad hæc, fuisse tantum exclusos alios Prælatos Episcopo inferiores, non autem Capitulum, quod in hoc casu non dicitur inferius Episcopo, sed par, idem dicit Ricc. in Prax. par. 1. ref. 226. & par. 4. ref. 271. & 274.*

Ità etiam, licet idem Conciliū *sess. 25. de ref. cap. 3.* præcipiat, nè monitoria cum excommunicatio-
ne pro rebus deperditis inueniendis, seu ad finem reuelationis à nemine præterquam ab Episcopo decernantur, tamen Vicarius Capituli sede vacante monitoria huiusmodi concedere potest, *ut declarauit Sac. Cong. teste Garc. de benef. par. 5. cap. 3. num. 97. eademque facultatem competere Vicario Episcopi ex generali commissione dicit Sbrozz. de Vic. Episcop. lib. 2. q. 171. num. 2. & ità censuisse Sacram Congregationem testatur idem Garc. d. par. 5. cap. 8. nu. 94. & seq.*

26 *seq.* ubi etiam dicit, quod per Concilium excluduntur inferiores ordinarij etiam habentes episcopalem iurisdictionem, & etiam excepti, ac immediatè sedi apostolicè subiecti, siue nullius Diœcesis, quorum subditi ad sedem apostolicam pro huiusmodi monitorijs recurrere debent, *ut notant etiam aij Doctores apud Barbos. de offic. & potest. Episcop. par. 3. allg. 96. numero 12.*

27 Observa tamen, quod tales Prelati inferiores, si ab immemorabili sint in quasi possessione cognoscendi huiusmodi causas matrimoniales, manuteneri debent: quia Concilium loco cit. non sustulit talem consuetudinem, *ut censuit Sac. Cong. apud Nau. conf. 3. num. 4. & seq. de offic. iud. deleg. sed donec de tali immemorabili confiterit per tres sententias conformes, Episcopus, non autem inferior, debet interim huiusmodi causas cognoscere, ut decisum refert Barbos. de offic. & pot. Episc.*

28 *par. 3. all. 84. num. 5.* ubi etiam subdit, immemorabilem probandam esse cum requisitis, de quibus *per 30^o glos. receptam in cap. 1. de Prescript. in 6. videlicet per testes deponentes de visu per 40. annos ante litē motam, & habentes congruam ætatem, qualis est annorum 54.*

Addunt Doctores, Abbatem, qui iura Episcopalia, & proprium territorium habet, non comprehendendi sub decreto Concilij Tridentini *d. sess. 24. de ref. cap. 20.* & ideo posse cognoscere causas matrimoniales, & criminales; quia cum huiusmodi Abbas in locis si-

bi subiectis habeat iurisdictionem episcopalem, vel quasi non dicitur esse de inferioribus, ita *decis. refert Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. resolutione 272.*

29 In ijs verò, quæ sunt ordinis Episcopalis, capitulum minimè succedit: quia adeò sunt annexa habenti dignitatem Episcopalem, ut nullo modo possint ab ea separari, *ut notatur in c. aqua ubi glos. in ver. iurisdictionis de consecr. eccles. vel altar. & est communis opinio.* potest tamen ea committere alteri Episcopo, & ita poterit convocare Episcopum vicinum, vel alium, ut conficiat chrisma, oleum sanctum, ecclesias, vel altaria consecret &c. *ut cum Quarant. dicit Ricc. in Prax. for. eccles. part. 2. resolutione 248.*

S. III.

An Capitulum sede vacante possit concedere litteras dimissorias ad ordines suscipiendos.

30 **Q** Vamuis textus in cap. cum nullus de Tempor. ordin. in 6. aique aliqua restrictione Capitulo sede vacante huiusmodi auctoritatem tribuat, postmodum tamen Concilium Tridentinum *sess. 7. de ref. cap. 10.* statuit, nè infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, nisi ijs, qui beneficii ecclesiastici recepti, vel recipiendi occasione arctati fuerint, Cap. seu Vicarius Capitularis concedat, alias Capitulum contraueniens ecclesiastico subiacet interdicto

- dicto, & sic ordinati ad minores nullo priuilegio clericali gaudent: ordinari verò ad sacros ordines ab executione ordinum arbitrio futuri Prælati, sunt ipso iure suspensi; Vicarius verò Capitularis dimissorias concedens non arctato, & ante elapsum annum, ab officio & beneficio per annum est ipso iure suspensus ex eodem Concilio Tridentino *sess. 23. de ref. cap. 10.* idque habere locum, etiamsi concedantur dimissoriæ ad primam tonsuram, dicit *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 2. ref. 106. Quarant. in ver. Capit. sede vacante ques. 10. Vulp. in Prax. iudic. c. 44. n. 20.* quia prima tonsura est ordo secundum Canonistas in c. *cum contingat de etat. & qual.* quamuis contrarium teneant Theologi, *ut notat etiam Dian. par. 8. tr. 4. ref. 43.*
- 32 Obseruant autem Doctores 1. quod si quis litteris dimissorijs à Capitulo obtentis non vtatur, nec Capitulum, nec eius Vicarius indictas pœnas inciderent, quia pœna pro aliquo delicto imposita, regulariter nõ incurritur, nisi post opus consummatum, idest post vsu prædictarum litterarum *Marchin. de Sacram. ord. tr. 1. par. 6. cap. 3. nu. 11. quem refert Dian. par. 8. tr. 4. ref. 41. cõtra Barbof. de offic. & pot. Epis. par. 2. all. 7. num. 13.*
- 33 Obseruant 2. Concilium non loqui de Vicario Papæ, qui potest sede apostolica vacante dimissorias concedere *Maiol. de Irreg. lib. 4. c. 6. Henriq. lib. 10. de sacram. ord. c. 22. §. 3. Campanil. in Diuers. Iur. canon. rubr. 9. cap. 8. nu. 8. quos refert, & sequitur Dian. par. 8. tr. 4.*
- ref. 41. quibus addit alios apud Barbof. d. par. 2. all. 7. num. 13.* vbi idem dicit de Vicarijs Episcoporum, deputatis per Papam, quos apostolicos vocamus.
- 35 Obseruant 3. quod illi dicuntur arctati occasione beneficij recepti, qui obtinent aliquod beneficium requirens seruitium personale, cuius ratione de iure, cõsuetudine, priuilegio, statuto ecclesiæ, vel fundatione intra annum, tenentur ad ordines suscipiendos: arctati verò occasione beneficij recipiendi dicuntur qui habent ius, seu sunt vocati ad aliquod beneficium vacans, quod tamen requirit actu certum ordinem, quo illi carent; item illi, qui non habentes primam tonsuram presentantur ad beneficia *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 98. Garc. de Benef. p. 5. cap. 7. num. 98. & seq. & alij apud Barbof. de offic. & pot. epis. par. 2. all. 7. num. 11.*
- 36 Notandum tamen est, quod electus in concursu ad beneficium curatum, cuius collatio facienda est à Papa, non potest interim dici arctatus occasione beneficij recepti: quia illud tunc non habet: neque occasione beneficij recipiendi, quod non requirit actu sacerdotium, *ut dicit Barbof. & Ricc. locis cit.* præterea non dicitur arctatus occasione beneficij recipiendi is, cui aliquis vult resignare beneficium requirens actu ordinem, quo caret: hoc enim est merè voluntarium, *ut dicit idem Ricc. in Prax. d. par. 2. ref. 98.*
- 38 Obseruant 4. quod elapso anno à puncto sedis vacantis Capitulum liberè

liberè concedere potest dimissorias *Nau.conf.44.num.4. de Temp. ordin. Quarant. in ver. Capitulum sede vacante quæst. 11. Dian. par. 8. tr. 4. ref. 41. & alij communiter.*

39. Observant 5. Capitulum etiam intra annum posse litteras testimoniales de vita, & moribus, ac de idoneitate concedere: quia huiusmodi litteræ testimoniales non sunt dimissoriae *Bonaccin. de Sacram. disp. 8. q. vn. pun. 4. num. 25 Vulp. in prax iudic. cap. 44. num. 21 Quarant. loco cit. quæst. 10. vers. tertio limita Nau.conf. 27. de Temp. ordin. hodie verò de stilo Curia dictæ litteræ testimoniales sede episcopali vacante dandæ sunt ab ordinario vicinior, et dicit *Barbos. dicta alb. 7. num. 16.* quod tamen ita intellige, vt non solus ordinarius vicinior illas dare possit, sed simul cum Vicario Capituli, vel habitis ab eodem informationibus de vita ordinandi, cū alias Episcopus vicinior de subdito non suo rectum nequeat ferre testimonium *Dian. par. 8. tr. 4. ref. 42. vbi citat Marchin. de Saeram. ordin. traët. 1. par. 6. cap. 3. num. 17. & 18.**

40. Observant 6: quod licet ordinatus ad primam tonsuram, seu ad minores ordines intra annum vacationis nullo priuilegio clericali gaudere debeat *iuxta Concilium d. sess. 7. cap. 10.* potest tamen obtinere beneficium, quia priuilegium hoc non amittit ipso iure, sed debet priuari per sententiam, vel exceptionem *Nau.conf. 28. de Temp. ordin. quem sequitur Quarant. loco cit. quæst. 10. vers. Hinc contin-*

git Bonaccin. de Sacram. disp. 8. q. vn. pun. 4. num. 24. Dian. d. par. 8. tr. 4. ref. 44.

41. Observant 7. quod obtinenti facultatem à sede apostolica suscipiendi ordines cum licentia sui ordinarij, huiusmodi facultatem subordinatam concedere potest Capitulum sede vacante ante lapsum annum, et post *Nau. & Quarant. dicit Piafec. in Prax. Episc. p. 1. cap. 1. nu. 13.*

42. Observant 8. quod potest Capitulum sede vacante ante annum elapsum concedere licentiam alicui Episcopo, vt in ea Diœcesi ad ordines promoueat alienos subditos habentes dimissorias proprij Episcopi, aut sui Prelati Regularis vel personas eiusdē Diœcesis habentes dimissorias Episcopi defuncti, vel Nūtij Apostolici, vt à quocunq. Antistite ordinentur, ita *Sanch. in opusc. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 26. quem refert Barbos. d. par. 2. all. 7. nu. 14. & alij apud Dian. par. 8. tr. 4. ref. 73.* qui dicunt, illam prohibitionem Tridentini, nē Capitulum sede vacante concedat litteras dimissorias, solum intelligendam esse quoad Clericos subditos Capitulo, non verò quoad non subditos, & ita videtur etiam sentire *Quarant. in d. ver. Capitulum sede vacante quæst. 11. Piafec. in Prax. episc. par. 1. cap. 1. num. 13.*

43. Observant 9. quod facultas remittendi interstitia Episcopo competens ex causis comprehensis in Concilio Tridentino *sess. 23. de ref. c. 11. 13. & 14.* transit in Capitulum sede vacante: quia capitulum succedit in omnibus, quæ sunt iuris-

ditionals, ut censuit Sac. Congregatio teste Vulp. in Prax. iudic. c. 44. num. 27. Ricc. in Prax. for. Eccles. p. 1. ref. 616: alij tamen id admittūt, quando ex decretis eiusdem Concilij capitulum potest concedere licentiam ordinandi, puta post elapsū annū sedis vacantis *Quarant. in ver. Capitulum sede vacante quas. 10. vers. & refertur, & alij apud Dian. par. 8. tr. 4. ref. 5.*

44. His addē, quod si Capitulum intra annum concesserit litteras dimissorias, quibus obtinens vsus fuerit, poterunt subditi post annum ordines recipere ab alijs vicinis Episcopis absque licentia Capituli, cum eo casu Capitulum subiaceat ecclesiastico interdico, quemadmodum dicimus de Episcopo suspenso *per cap. eos qui de Tempor. ordin. requiritur tamen ad hunc effectum, ut interdictum, vel suspensio sit manifesta per euentiam facti, vel per Iudicis sententiam, non verò dubia, ut ibidem dicit glos. in ver. manifesta; & ideo ordinando incumbit onus probandi suspensionem Episcopi, vel interdictum Capituli per sententiam Metropolitanī: quia præsumptio non est contra Episcopū, vel Capitulum, ut dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Bonaccin. de Censur. in part. disp. 3. q. 1. pun. 1. num. 6: Barbof. d. par. 2. all. 8. num. 1.*
45. Adde 2. quod si Capitulum cōcederet dimissorias ad ordines sacros non habenti vnde viuat, tenetur illi prouidere, sicut tenetur Episcopus *Diana d. par. 8. tr. 4. ref. 41. ubi citat Vgol. de Potest. Episc. cap. 26. §. 15. an. 1.*

§. IV.

An Capitulum sede Episcopali vacante succedat in potestate conferendi beneficia.

46. **C**ollatio beneficiorum, cum sit veluti quædam donatio saltem ex ea parte, quia in potestate Episcopi est potius huic, quā alteri illa conferre, pertinet quāsi ad fructus, & emolumenta Episcopatus *glos. in cap. cum olim de maior. & obed. & ideo Capitulum illa conferre non potest, sed eorū collatio ad Papam pertinet ex c. 2. Ne sed. vac. & ex reg. 2. Cancellaria & ex constitutione Pij V. incip. Sanctissimus in Christo Pater, quam refert Quarant. in ver. Capitulum sede vacante quas. 9. Megal. in eodē ver. nu. 4. Vulp. in Prax. iudic. c. 44. num. 5. vbi omnia beneficia episcopali sede vacante quomodolibet vacantia ad Episcoporum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem quomodolibet pertinentia ipsi Pontifici reseruantur.*

Ex quo inferitur, quod non potest Capitulum conferre beneficia etiam Episcopo deuoluta ob negligentiam, vel culpam inferiorum Prælatorum non conferentium, vel malè conferentium *ex dicta constitutione Pij V. & ex c. 2. Ne sed. vac. Megal. in ver. Capitulum sede vacante nu. 4: Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 126. num. 70. Dian. par. 8. tr. 4. ref. 27. neque beneficia spectantia ad collationem Episc.*

Episcopi vacantia per resignationem ex causa permutationis, *vt decisum refert Garc. de Benefic. p. 11 cap. 4. num. 86.*

47 Limitatur tamen supradicta conclusio in beneficijs, quæ communiter spectant ad collationem Episcopi, & Capituli; quia vno deficiente, vel inhabili existente alter confert *cap. vn. Ne sed. vac. in 6.* quod procedit, etiam si ex concordia vna vice prouideat Episcopus, & altera Capitulum; quia tunc mortuo Episcopo, seu alia vacante sede potest Capitulum iure proprio conferre Canonicatus, & alia beneficia simultanea, non solum quando beneficium vacat in turno Capituli, in quo non est difficultas, quia regula solum reseruat beneficia spectantia ad collationem Episcopi, & non Capituli; sed etiam quando beneficium vacat in turno Episcopi *Garc. de Benefic. par. 5. cap. 1. num. 235. & 236. Barbof. par. 3. all. 57. num. 90.*

Similiter Capitulum succedit in potestatem presentandi, vel eligendi, quoties ad vtrumque simul spectaret presentatio, vel electio *Quaran. in ver. Capitulum sede vacante quest. 9. vers. quæ conclusio.*

Item poterit Capitulum auctoritatem in beneficiorum resignatione, seu permutatione interponere, si eorum collatio spectet communiter ad Episcopum, & Capitulum *iuxta glos. communiter receptam in clem. vn. ver. conferantur de Rer. permut. Megal. in ver. Capitulum sede vacante numer. 4. dummodo permutatio, vel resignatio*

fiat ex causa necessaria, & ante prouisionem factam de Prelato in Consistorio *Quaran. loco cit. q. 9. Megal. vt sup. num. 4. Ricc. in Prax. par. 2. ref. 243. & alij apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 69. num. 8.*

Secus esset, si ad Episcopum spectaret electio, nominatio, seu presentatio personæ, quamuis collatio, seu institutio ad alium pertineat, seu sit communis Episcopi, & Capituli, quia attendenda est prima dispositio beneficii *Garc. par. 5. cap. 1. num. 230. Barbof. d. p. 3. all. 57. num. 90.* vnde non poterit Capitulum sede vacante Penitentiarium, seu Theologum eligere, licet collatio præbendæ sit communis Episcopi, & Capituli, vel etiam solius Capituli; quia electio personæ ad huiusmodi præbendas ad solum Episcopum spectat; & ideo tunc electio, & collatio pertinebit ad Papam *vt declarauit Sac. Congregatio, ac Rota Romana apud Garc. par. 5. cap. 4. num. 145. & seq. & in addit. ad d. cap. 4. num. 150. Barbof. d. par. 3. alleg. 55. num. 2. & 17. & all. 56. nu. 3. Ricc. in Prax. par. 1. resol. 487.* quemadmodum ad Papam etiam spectat, vbi officium Penitentiarij, vel Theologi, & vnitæ præbenda vacat in mense apostolico, vel adest alia reseruatio, & affectio *Barbof. d. all. 56. num. 4. Garc. d. par. 5. cap. 4. nu. 138. & 164.* in alijs vero casibus, quamuis electio Penitentiarij, & Theologi spectet ad solum Episcopum, collatio tamen præbendæ vnitæ ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat, *vt declarauit Greg. XIII.*

de Sac. Congreg. teste Garc. d. par. 5. cap. 4. num. 138. & 162. Barbof. d. all. 56. num. 3:

48 Limitatur 2: quando collatio beneficiorum est ita necessaria, ut ad illam Episcopus de iure compelli potuisset: tunc enim transit in Capitulum sede vacante *Megal. in ver. Capitulum sede vacante num. 4.* & ideo potest institueret, presentatos a patronis cap. 1. de Instit. in 6. & confirmare electiones, quas Episcopus confirmabat cap. cum olim de maior. & obed. etiam si ipsummet Capitulum eligat: quia in tali casu eligeret iure capituli, & confirmaret iure Episcopali, ut dicit *glos. in c. pen. de suppl. negl. Prelat. in 6.* reservatio enim non habet locum, quando presentatio, vel electio ad alium pertinet, quamvis collatio, seu institutio spectet ad Episcopum *Garc. par. 5. cap. 1. num. 231. Barbof. par. 3. all. 57. num. 90.* Unde possit Capitulum sede vacante, si Patronus esset clericus, illi acceptanti beneficium motu proprio conferre sicut possit Episcopus, ut dicit *Quaran. loco cit. quest. 9.*

Idem dicendum, si mandatum est, alicui prouideri de primo vacaturo, vel si collatio debetur certae personae, & certo generi personarum, vel antiquiori optanti: his enim casibus potest etiam collatio fieri a Capitulo sede vacante *Megal. in ver. Capitulum sede vacante numero 4.*

Non tamen succedit Capitulo in potestate conferendi beneficia parochialia: quia licet haec conferenda sint per concursum ma-

gis idoneis iuxta *Concilium Tridentinum sess. 24. de ref. cap. 18.* & constitutionem *Pij V. incip. in Conferendis*, tamen collatio haec dici non potest necessaria, ita ut transeat ad Capitulum, cum tota dependeat ex mera voluntate Episcopi, qui potest ab illa abstinere, & permittere, ut per lapsum temporis deuoluatur ad superiorem *Megal. loco cit. ubi dicit, ita resoluisse Sac. Congregationem, ac Rotam Romanam.*

49 Queres, an Capitulum possit beneficia ad tempus commendare? affirmatiue respondet *Barbof. in cap. 2. num. 4. ne sed. vac. & alij apud Quaran. loco cit. q. 9.* hoc tamen intelligendum esse de beneficijs simplicibus, non autem curatis declarauit *Sac. Congreg. apud Dian. par. 8. tr. 4. ref. 32.*

50 Queres 2. an Capitulum possit cum illegitimis ad beneficium simplex, & ad minores ordines dispensare? affirmatiue respondet *Doctores apud Barbof. in d. cap. 2. num. 9. ne sed. vac. Quaran. in ver. Capitulum sede vacante quest. 2.* ubi dicit, hanc conclusionem procedere in casu, in quo subsistente legitima causa dispensatio esset debita iuxta *glos. in c. ut constitueretur dist. 50.*

51 Queres 3. an possit Capitulum ea beneficia vnire, quae potest Episcopus? affirmat *Dian. par. 8. d. tract. 4. ref. 31. ubi citat Cacialup. in tract. de Vnion. art. 3. q. 6. nu. 19. Petr. de Vbald. eod. tract. cap. 5. numero 26. Rebuff. in Prax. tit. de Vnion. benefc. num. 36. Hoied. de Incompat. Benef. 2. par. cap. 3. nu. 7. vers.*

vers. similiter capitulum, & alios: item posse capitulum dismembrare beneficia vnita in eo casu, in quo similiter poterat Episcopus, tenet Quarant. in ver: Capitulum sede vacante quæst. 9. vers. quæ conclusio in fin.

Sed contrarium quoad vnionē & dismembrationem tuentur alij Doctores, quos refert, & sequitur Megal. in eodem ver: capitulum sede vacante num: 4. vers. tertio prædicta, quia sede vacante nihil est innouandum, nec fieri tunc aliquid debet, ex quo possit Episcopopræiudicari cap. 1. & cap. ult. ubi glos. in ne sed. vac. Vnde quando vertitur quæstio super proprietate certi iuris, seu iurisdictionis, an ad Episcopum pertineat, vel non, puta si contenderetur, an aliquis sit subiectus, vel exemptus: item an talis locus sit de Diocesi, aut quando dubitatur, an aliquod beneficium sit de Iurepatronatus, vel liberæ collationis, Capitulum huiusmodi causas reservare debet futuro Episcopo, etiã si ceptæ fuerint ante vacationem sedis episcopalis, ut dicunt Doctores in d. c. ult. ne sed. vac. Panor. in cap. verum num. 12. de for. compet. quem refert Quarant. loco cit. vers. prædicta restringe Dian. p. 8. tr. 4. ref: 10. eadem ratione non poterit Capitulum transigere, aut compromittere super rebus ecclesie vacantis Megal. ubi supra num 12. idemque dicendum de causis feudalibus, quarum cognitio futuro Prælato reservatur, ut in cap. verum, ubi glos. in ver. quæstio mota de for. compet. Vulp. in

Prax. iudic. cap. 44. num. 8. vnde non posset capitulum infeudare bona infeudari solita deuoluta, & dependentia à mensa Prælati, nisi inuestitura esset necessaria: cum tunc ex ea successori nullum præretur præiudicium: vel ubi in ecclesia esset consuetudo talia infeudandi, vacante sede, ut dicit Quarant. loco cit. quæst. 6. vers. sub hac.

Quare ea tantum vnio fieri poterit à Capitulo, per quam beneficia vnita manēt æqualiter principalia: quia in tali casu nihil Episcopali iuri detrahitur; secus si vnio fiat accessoria: cum enim per talem vnionem supprimatur titulus, fieri non potest quin depereat aliquid de iuribus episcopi, quæ intacta seruanda sunt d. cap. 1. ne sed. vac. & ita intelligendi sunt Doctores apud Barbof. d. par. 3. all. 66. num. 11. Garc. de Benef. par. 12. c. 2. num. 67. Quarant. in ver. Capitulum: sed. vac. quæst. 9. vers. sexto limita.

§. V.

Qualiter sit eligendus vicarius Capitularis.

Notandum est primò, quod non tantum per mortem Episcopi, sed etiam alijs casibus ecclesia, seu sedes episcopalis vacat, videlicet si Episcopus captus esset à Paganis, vel schismaticis, aut hæreticis cap. si Episcopus de supplen: negl. Prælat. in 6. & notat Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 52. num. 3. Ricc. in Prax: for: eccles. par. 1. ref. 543. in hoc enim mors

inors ciuilibus equiparatur naturali, ut dicit glos. in d. cap. si Episcopus in ver. sed Capitulum.

Item ecclesia, à qua Episcopus de suo consensu transfertur, ab eo tempore vacat, quo idem Episcopus ab illius vinculo in Consistorio Romani Pontificis absoluitur, etiam ante expeditionem litterarum apostolicarum, vel adeptam secundæ ecclesiæ possessionem ex constitutione Urbani VIII. incip. nobis nuper, quam refert Barbof. post tertiam partem Tract. de offic. & pot. Episc. consti. 68. & alijs relictis notat. Quaran. in ver. capitulum sede vacante num. 3. ver. terminum.

Similiter vacat per ingressum, in religionem, relegationem, depositionem, renunciationem, cessionem, permutationem, & aliam similem Episcopi abdicationem, postquam admissa fuerit à summo Pontifice glos. in d. cap. si Episcopus ver. mortem Sbrozz. de Vicar. Episcop. lib. 3. q. 42. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 54. num. 154.

Addunt alij Doctores, quod si Episcopo existente in remotis moriatur Vicarius, in tali casu succedit Capitulum in eius iurisdictione: quia longa absentia equiparatur morti, ita Quaran. in ver. Archiepiscopi auctoritas n. 22. & in ver. Capitulum sede vac. nu. 12. Barbof. par. 3. all. 52. nu. 3. vbi idem dicit, si per potentiam secularem Vicarius eijciatur, & ita etiam tenent alij DD. apud Dian. par. 3. tract. 4. ref. 4. vbi etiam notat, quod ille dicitur esse in remotis, cuius presentia in breui haberi

non potest: puta si esset ultra montes, ut dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 18. per tex. in cap. nihil de elect.

Excōmunicato verò Episcopo, licet expiret iurisdicō Vicarij tamquam accessoria, & semper dependens à iurisdictione Episcopi, seu potius vna, eademque cum illa secundum glos. communiter receptam in cap. 1. ver. ipsius de offic. Vic. in 6. non tamen poterit Capitulum eligere Vicarium, sed adiri debet Papa, vt provideat de causis interim cognoscendis, ut dicit glos. ibidem Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 441.

53 Tunc autem capitulū officialē, seu Vicarium infra octo dies à die scientiæ vacationis computandos constituere tenetur, qui saltem in iure canonico sit Doctor, vel licentiatus, vel alias quantum fieri poterit idoneus; alias ad Metropolitanum huiusmodi deputatio deuoluitur ex Conc. Tridentino sess. 24. de ref. cap. 16. ita vt post deuolutionem non sit amplius locus purgationi moræ: quia ius queritur ipsi superiori, & sit exequutio ab ipso iure, seu Concilio transferente statim illam potestatem ad Metropolitanum, vt post Gemin. in cap. fin. de Suppl. neglig. Pralat. in 6. dicit Quaran. in ver. Capitulum sede vacante numero 4.

Alij tamen asserunt, posse Capitulum, etiam si infra octo dies Vicarium non constituerit, re integra antequam Metropolitanus eum deputer, purgare moram; tum quia ad Metropolitanum nō

deuoluitur ius nominandi priuatiuè, sed cumlatiuè: tum etiam quia hæc deuolutio non est alicuius beneficii ecclesiastici, sed officij, & ideo non est necesse, vt sequatur naturam deuolutionis beneficiorum, præcipuè cum sit constitutio pœnalis, ita *Garc. de Benef. par. 5. cap. 7. num. 7. Barbos. p. 3. all. 54. num. 164. in fin. Ricc. in collect. dec. 1602. par. 5.*

55 Sed obserua, quod licet Metropolitanus, vel alius ex Episcopis antiquior iuxta Concilij decretum Vicarium constituerit supplendo Capituli negligentiam, non priuatur tamen Capitulum iurisdictione alijs vicibus; & ideo si Vicarius à superiore constitutus decedat, vel renunciet, vel lapsum sit tempus, ad quod electus fuit, potest denno à Capitulo alter Vicarius deputari, & non à superiore, vt dicit *Quaran. ubi supra numero 4.*

56 Notandum 2. quod durante termino octo dierum ad eligendum Vicarium præfixo non Archidiaconus, aut prima dignitas sed totum Capitulum administrat iurisdictionem *Quaran. loco cit. num. 2. Dian. par. 8. tr. 4. ref. 36. & ita declarasse Sac. Congregationem refert Barbos. de canon. & dignit. cap. 42. num. 29. quicquid dicit Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 1. q. 67. Vulp. in Prax. iudic. cap. 44. nu. 30. & alij. consultit tamen Quaran. loco cit. num. 3. vers. terminum, vt Capitulum deputet personam, quæ interim nomine ipsius administrat per septem dies absque tamen facultate decidendi causas,*

vel procedendi ad actus irreuerstabiles, sed tantum ad actus currentes, & ad ea, quæ celeritatè exigunt.

57 Vbi verò adesset priuilegium, vel consuetudo, quod Archidiaconus, vel prima Dignitas substineat vices capituli, & administret iurisdictionem infra dictos octo dies; illa esset seruanda, nisi forte sedes Episcopalis vacet eo quod Episcopus à Paganis, seu schismaticis captus fuerit: tunc enim iurisdicção Episcopalis ad Capitulum pertinet, nec potest Archidiaconus, vel alius de capitulo ex vi huiusmodi consuetudinis, vel priuilegij illam exercere; quia talis consuetudo, vel priuilegium verificari solum debet in vacatione propriæ, & vera, quæ scilicet contingit per mortem, aut per alium similem modum, non verò in vacatione ficta, vt dicunt *Doctores apud Barbos. de offic. & pot. episc. p. 3. all. 132. num. 19.*

58 Notandum 3. quod in huiusmodi electione non est necessario seruanda forma cap. quia propter de elect. neque Concilij Tridentini sess. 25. de regul. c. 6. & ideo necesse non est, vt fiat per vota secreta; quia textus in d. cap. quia propter, loquitur de electione Episcoporum & aliorum prælatorum ecclesiasticæ Collegiatarum habentium generalè, & perpetuam iurisdictionem, & in Concilio d. cap. 6. sermo est de electione Prælatorum regularium, non secularium, ita resoluit *Sac. Congreg. vt post Garc. de benef. p. 5. cap. 7. num. 21. refert etiam Dian. par. 8. tract. 4. resolutione 60.*

- 39 Obserua tamen quod ad huiusmodi electionem faciendam ad minus duæ partes Canonicorum debent esse presentes iuxta glossam in cap. 1. ver. constitutum de ijs, qui sunt à maior. par. capit. nisi absentes vocati fuerint, & non venerint: quia tunc potestas eligendi remanet penes presentes, etiam si non sint duæ partes; nam cum vocati nõ compaerant, indignos se reddiderunt electione, & ideo potest procedi sine illis glossa in cap. cum nobis ver. alienos de elect. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. res. 247. & 280. obi. citat Innoc. in cap. ecclesi. vestra de elect. & in cap. de maior. & obed. P. in d. cap. cum nobis de elect. quod precipue procedit stante cõsuetudine: tunc enim actus capitulares possunt expediri, etiam si non adsint duæ partes, vt dicit Ricc. in Prax. vt supra par. 2. res. 257.
- 60 Obserua 2. quod soli Canonici habent vocem in electione Vicarij Capitalaris, & non alij, etiam si de consuetudine haberet vocem in Capitulo cum Canonicis: quia Canonici tantu faciunt capitulu Abb. in cap. cum olim de sent. & re iud. Gemin. in cap. fin. de Præb. in 6. & alij apud Marcellum. Vulp. in Prax. Indic. cap. 44. n. 2. & 3.
- 61 Obserua 3. quod si detur de nullitate electionis Vicarij Capitalaris, vt quia non omnes fuerunt vocati, nullitas huiusmodi non potest proponi coram Capitulo, sed coram superiore Capitulo, per quem si electio fuerit declarata nulla, potest Capitulu iterum se congregare, & deueni-

re ad Vicarij deputacionem, et censuit Sac. Congreg. episc. & Regul. teste Vulp. in Prax. iud. c. 44. n. 31. Quarant. in ver. capitulum sede vacante in fin.

- 62 Notandum 4. quod licet non sit de necessitate eligere personam capitularẽ, si tamen adesset idoneus de gremio Capituli, ceteris paribus esset preferendus: decet enim Vicarium esse de gremio Capituli, & ita declarasse Sac. Cong. testatur Quarant. loco cit. num. 6. Vulp. in Prax. cap. 44. num. 25. Dian. par. 8. tract. 4. res. 57. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 515. alias datur appellatio, etiam si à maiori parte fuerit facta electio Ricc. in Prax. vt supra par. 2. res. 249.
- 63 Notandum 5. quod si capitulu eligit non Doctorem, quando haberi potest Doctor canonum, electio est nulla, vt resoluit Sac. Congreg. teste Sbrozz. lib. 1. q. 36. n. 12. Vulp. in Prax. cap. 44. num. 15. & refertur inter Decis. Diuers. par. 4. decis. 86. quemadmodum irrita etiam esset cõfirmatio Vicarij nõ Doctoris, quem Episcopus defunctus elegerat, vt censuit etiam Sac. Cong. apud Dian. par. 8. tr. 4. res. 56. Vulp. loco cit. d. num. 15. nec sufficeret, quod aliquis Doctoratus lauream acceperit à priuata persona, sed requiritur, vt sit Doctoratus in aliqua vniuersitate iuxta decretum Sac. Congr. quod refert Barbosa. de Canon. & dignit. c. 42. nu. 51. & adeo requiritur qualitas doctoratus in iure canonico vt electio de Theologo omisso canonista inualida sit, ita resoluit Sac. Congr. sub die 28. Augusti. 1621.

- teste Barbos. d. cap. 42. nu. 53. Ricci in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 515. quicquid in contrarium dicant DD. apud Dian. d. par. 8. tr. 4. ref. 56.*
- 65 Si verò in Capitulo Doctores non sint, potest deputari alius, qui sit idoneus iuxta formam Concilij loco cit. & in ipso actu deputationis potest Capitulum dare ei consultorem Doctorem sibi benè visum; alioquin poterit ipse Vicarius eligere Doctorem consultorem partibus non suspectum, *ut declaravit Sac. Cōgregatio teste Diana par. 8. d. tr. 4. ref. 56. Vulp. in Prax. d. cap. 44. nu. 15.*
- 66 Si verò discordes inter se Canonici plures ad hoc officium elegerint, is electus censetur, qui erit magis idoneus, & habuerit qualitates Concilij, *ut censuit Sac. Cōgregatio Concilij teste Quarant. in d. ver. Capitulum sede vac. n. 2. Ricci in Collect. dec. 1602. par. 5. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 515. in not. 16.*
- 67 Notandum 6. quod Capitulum sede vacante eligere potest in Vicarium Capitularum Dignitatem, vel Canonicum eiusdem Ecclesie, qui in eadem Ciuitate, & Ecclesia curam quoque gerit animarum, *ut resoluit Sac. Cōgregatio sub die 19. Martij, & 19. Iulij 1619. quæ etiam declaravit, contrarias decisiones intelligendas esse de Parocho rurali, prout refert Barbos. de Canon. & Digni. cap. 42. num. 38. Dian. par. 8. tr. 4. ref. 58.*
- 68 Notandum 7. quod licet Episcopus possit ad nuntium amovere suum Vicarium, quia semper censetur constitutus ad beneplacitum, etiam si in commissione hoc non exprimat iuxta communem Doctorum sententiam: non potest tamen Capitulum absque causa approbata à Sac. Cōgregatione super causis Episcoporum ad libitum reuocare Vicarium à se electum, alias reuocatio esset nulla *Quarant. in ver. Capitulum sede vac. num. 3. in fin. ubi refert, ita Sac. Cōgregatione declarasse Dian. par. 8. tr. 4. ref. 63. Vulp. in Prax. iudic. cap. 44. nu. 24. contra Ricci in Prax. par. 1. ref. 515. & alios: nisi fortè in ipso actu electionis constitutus fuerit ad tempus; tunc enim transacto eo tempore expiraret eius iurisdicatio; potest enim Vicarius Capitularis eligi ad tempus determinatum, ut declaravit Sac. Cōgregatio ad petitionem Capituli Salernitani teste Dian. d. par. 8. tr. 4. ref. 69. Vulp. d. cap. 44. n. 28. Quarant. loco cit. nu. 3. 8. 9. & 15. quo tempore transacto tenetur Capitulum intra octo dies alium constituere, alias ius deputandæ similiter deuoluitur ad Metropolitanum Dian. loco cit. ref. 63. vers. sed contrariam in fin. Quarant. ubi supra num. 3. vers. eadem Ricci in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 515.*
- 69 Notandum 8. quod Vicarius Capitularis in processibus, & alijs actibus publicis cedere debet digniorem locum Archidiacono, seu alteri dignitati maiori, & prima post Pontificalem *Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 25. n. 20. Quarant. loco cit. num. 8. Barbos. de*

de Canon. & Dignit. c. 42. n. 41. & 42. & de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 54. num. 165. *Vulp. in Prax. iudic. cap. 34. num. 16. quicquid dicat Meroll. to. 3. disp. 7. c. 7. dub. 32. nu. 329. quem refert & sequitur Diā. par. 8. d. tract. 4. ref. 67. in fin.*

70 Notandum 9. quod Vicarius Capitularis simpliciter electus non potest absque speciali commissione ea expedire, quæ requirunt speciale mandatum iuxta textum in cap. 3. de offic. Vic. in 6. & ita resoluit Rota apud Barbof. de Canon. & Dignit. cap. 42. n. 103. Dian. par. 8. tr. 4. ref. 64. nisi adesset consuetudo in contrarium: consuetudo enim tribuit iurisdictionem Rot. decis. 76. in princip. par. 7. Recent. præsertim si esset in memorabilis Nau. conf. 3. num. 5. & seq. de offic. Iud. Deleg. & alij communiter.

Contrariam tamen sententiam auctur Garc. de Benef. par. 5. c. 7. num. 28. & alij asserentes, totam Capituli auctoritatem etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum transire in Vicarium: & ita videtur sensisse Sac. Congregatio, dum resoluit, Vicarium Capitularem posse visitare omnia loca, quæ poterat Episcopus, etiam si id à Capitulo specialiter ei non fuerit commissum: & alias etiam censuit, spectare ad eundem Vicarium Capitularem, & non ad Capitulum, concedere dimissorias post annum, ut refert Barbof. de Canon. & Dignit. c. 42. num. 68. & 120.

72 His adde, quod professio fidei, quæ iuxta Concilium Tridenti-

num à Prouisis de Canonatu seu Dignitate in Ecclesia Cathedrali, seu de beneficio curato coram Episcopo est emittenda, sede vacante coram Vicario Capitulari emitti debet: quia cum iurisdicção episcopalis administratur per Vicarium, magis per eum repræsentatur Episcopus, quam per Capitulum Garc. de Benef. p. 3. cap. 3. nu. 27. & 28. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 61. num. 18. Bonacin. de legib. disp. 3. q. 2. pun. 4. §. 2. num. 2. quibus adde Piasec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 1. nu. 13. in fin. ubi dicit, Vicarium Capituli alia etiam exercere posse, quæ

73 speciale mandatum requirunt: immò ad ipsum spectare, nisi Capitulum ea sibi specialiter reseruauerit: potest enim Capitulum iurisdictionem Vicarij limitare, ac sibi reseruare certos casus, ut notat etiam Ricc. in Prax. For. Eccles. p. 1. ref. 506. ubi citat Gutier. can. qq. c. 11. n. 10. huiusmodi tamen reseruatio fieri debet in ipso actu electionis Vicarij, non autem postea Vulp. in Prax. iudic. cap. 44. numer. 28. Quarant. in ver. Capitulum sede vac. num. 15. vers. item erit obseruandum.

74 Notandum 10. quod licet regulariter vnus tantum Vicarius Capitularis sit eligendus, eligi tamen possunt etiam plures, si ita adsit consuetudo, ut censuit Sac. Congregatio teste Quarant. loc. cit. num. 9. Dian. par. 8. tr. 4. ref. 61. in fin. Vnde quando duo Episcopatus sunt vacati, & Capitula Cathedraliū separata, per obitum Episcopi

copi constitui possunt duo Vicarij, unusquisque in sua Diocesi, *Si dicit Quarant. ubi supra.*

75 Notandum 11. quod Vicarius Capituli potest procedere contra singulos de Capitulo: nequit tamen totum Capitulum suspendere, vel interdicere: quia id redundaret contra se ipsum, cum vis officij, & iurisdictionis Vicarij ab ipso Capitulo dependeat; & idem suspenso Capitulo erit suspensus eius Vicarius: quod procedit etiam, quando Vicarij deputatio facta fuerit per Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum ob negligentiam Capituli *Szar. de Censur. disp. 7. sect. 3. quæ refert Quarant. loco cit. n. 1. vers. aliter sciendum, & nu. 15. vers. fin.*

76 Notandum 12. quod Iurisdictionis Vicarij non cessat per promotionem factam de nouo Prælato, etiam si litteræ apostolicæ fuerint expeditæ: sed requiritur apprehensio possessionis Episcopatus cum litterarum ostensione, *per extrau. iniunctæ de elect. & ita decisum refert Quarant. ubi supra n. 13. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 54. nu. 161. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 510.* Vnde poterit Vicarius Capitularis continuare exercitium iurisdictionis, donec nouus Prælatus adeptus fuerit possessionem, *ut nota etiam Dian. d. par. 8. tr. 4. ref. 69. & ita communiter obseruari testatur Vul. in Prax. iudic. d. cap. 44. nu. 32.*

77 Notandum 13. quod emolumenta vacante sede episcopali obuenientia ex iurisdictione, &

sigillo, aut alias undecunque, quæ ad episcopum ecclesia non vacante pertinerent, nequaquam ad Capitulum spectant, nisi apostolico privilegio illi concessa fuerint; sed futuro Episcopo sût reseruanda; ex his tamen emolumentis deducendum est rationale salarium Vicario constituendum, & persoluendum *iuxta decretum Sac. Congregationis apud Vulp. d. c. 44. n. 14.* quod procedit etiam si ad huiusmodi officium deputetur Canonicus Ecclesiæ Cathedralis; quia nemo tenetur suis stipendijs militare *Sbrozz. de Vicar. Episc. lib. 1. q. 55. numer. 7. & alij apud Quarant. loco cit. n. 7.*

79 Notandum 14. quod licet Episcopus successor possit omnes licetias audiendi confessiones Regularibus concessas suspendere, & de nouo illos examinare, id tamen fieri non potest à Vicario Capitulari, neque à Capitulo *Mirand. in M. in Prælat. to. 1. q. 45. ar. 7. ad fin. Fagund. pra. 2. l. 7. c. 2. num. 28. quos refert, & seq. Dian. par. 3. tr. 2. ref. 27.* vbi etiam refert privilegium particulare Clem. IV.

80 Notandum 15. quod licet Vicarius Episcopi non teneatur stare syndicatui, *ut d. Quarant. ibidem num. 14. & declarauit Greg. XIII. teste Barbof. par. 3. all. 54. num. 183.* tamen Vicarius Capituli finito officio tenetur reddere rationem suæ administrationis nouo Episcopo; & si malè administrauerit, seu exercuerit suum officium, potest ab eo puniri, *ut constat ex Tridentino sess. 24. de ref. cap. 16.*

81 Addunt etiam DD. quod Vicarius Capitularis potest admittere renunciationem faciendam per nouitium intra duos menses ante professionem iuxta formam Concilij Tridentini sess. 25. de regul. c. 16. etiamsi ibi solum fiat mentione Episcopi, vel eius Vicarij: quia etiam Abbates, & alij Prælati habentes Iurisdictionem

quasi episcopalem, nulliq; Episcopo subiecti in suis Diocesibus possunt huiusmodi licentiam concedere, ita Sanchez. Tambur. & alij apud Barbof. d. par. 3. all. 99. nu. 5. & seq. ubi etiam dicit, huiusmodi facultatem esse delegabilem, cum sit perpetuò annexa dignitati, & officio.

Finis Libri Quarti.



